cipiat seipsum: qm̄ si qs posset ieiunare p vno
floreno lucrādo: posset etiā ieiunare vt ipleret
ecclesie p̄ceptū. Possunt tamē aliq rōnabiliter

excusari a ieiunio. Et p̄mo excusant̄ pueri qui
ſm̄ Tho. ⁊ Ric. pp debilitatē nature indigēt
frequēti cibo nō multo ſimul ſumpto. Indigēt
multo nutrimēto pp ꝟtutē augmēti. Iō vſqꝫ
i finē tertij ſeptēnij. ideſt. 21. āni ieiunare non
obligant̄. Et ꝓ his ē dcm̄ illud Hiero. ad at/
hletā. Ante ānos robuſte etatis ꝑiculoſa ē tene
ris abſtinētia ⁊ grauis. Tamē cōueniēs eſt vt
añ dictā etatē inducant̄ hoīes ad ieiuniū: tū pp
generalē cōmonitōez ⁊ misericordie dei īpetra
tionē: ſicut dr̄ Johel. 2. Coadunate ſenes: cō/
gregate puulos ⁊ ſugentes vbera. Tū etiā pp
vitioꝝ refrenationez: qꝛ vtplurimū ⁊ maxime
tꝑib⁹ his iuuenes ſunt laſciui ⁊ diſſoluti. Ego
ꝟo dico ⁊ teneo ꝙ cōſiderata malicia q̄ in mul
tis ſupplet etatē ⁊ corruptela deteſtabili nephā
diſſimoꝝ facinoꝝ q̄ ꝑpetrant̄ tā a maſculiſ q̄ꝫ a
femis: ꝙ tales nō ſolū inducēdi ſunt ieiunare:
imo ſtringēdi ſunt: quos valētes on⁹ ferre ie/
iunij etiā añ. 21. annū ad illud credo fore obli/
gatos ſub ꝟtute p̄cepti. Secūdo excuſantur
a p̄cepto ieiunij paupes q nō hn̄t ad comeden/
dū i vna comeſtōe ſufficienter. Tertio excuſant̄
ꝑegrinātes q pp laborē nimiū cōmode ieiuna/
re nō valēt. Nec obſtat ſi dicat̄ ꝙ p̄ceptū cōſilio
nō ē poſtponēdū. Cū ergo ieiunar̄ ſit i p̄cepto
ꝑegrinari ꝟo ad idulgētiaſ ē d cōſilio: ergo nō
vr̄ ꝙ pp ꝑegrinatōez ſint ſoluēda ieiunia: qꝛ vt
dicūt Ric. ⁊ Tho. Intētio dātis p̄cepta de ie
iunijs excluder̄ nō fuit alias pias ⁊ neceſſarias
cauſas. Secus tn̄ eſt de p̄ceptis legis nature.
Quarto excuſant̄ ſenes ⁊ debiles. 5° īfirmi. 6°
mēſe nobiliū ſuitores: de qb⁹. d. Ric. ꝙ ſi ex
cā neceſſaria p̄ueniūt aliquātulū comedēdi horā
ex toto vel modicū p̄bibēdo ne ſuiēdo deficiāt
⁊ hoc faciāt iā poſitis mēſis vel modicū añ ita
ꝙ pp tꝑis cōtinuatōez vna mēſa hēat d̄putari:
nō peccāt: ſic nō peccāt q ſurgūt de mēſa vt ꝓ
vino vadāt vel enxēia deferāt ⁊ iteꝝ reuerten/
tes ad mēſaz cōtinuāt. 7° excuſant̄ laborātes q
dieti viuūt: nec pn̄t laborare ſimul ⁊ ieiunare.
8 excuſant̄ mulieres p̄gnātes: ⁊ q̄ lactāt filios
⁊ generaliter oēs qb⁹ legitia adſunt īpedimēta
De diſpēſatōe tn̄ ieiunij ſm̄ Alex. notādū ē ꝙ
ſi euidēs cā ſit pōt ſtatī hō ꝑ ſeipſuz ſtatuti ob
ſeruātiā p̄terire: p̄ſertī ſi nō poſſit de facili hr̄e
recurſuz ad ſupiorē. Si aūt cā ſit dubia dꝫ hō
ad ſupiorē recurrere: q auctoritatē hꝫ i talib⁹ di
ſpēſare. Secūdo obligant̄ hoīes ad ieiuniū pp
pn̄ie vel voti īpletōez: qn̄. ſ. qs teneret̄ ieiunare
cū ſibi fuiſſet iniūctū ꝑ pn̄ia: aut voto ſe obigaſ
ſet. 3° obligant̄ hoīes ad ieiuniū pp ep̄alē indi
tōez: qn̄. ſ. ep̄s i ſua dioce. indiceret aliqd̄ gene
rale et diſtrictū ieiuniū: puta ꝓ pace: ꝓ ſerenita
te aeris: ꝓ pluuia poſtulāda et huiuſmōi: tunc
oēs ei⁹ cure ſubiecti obedire tenent̄: vt exp̄ſſe
ponit̄ de cōſe. di. 3. c. ꝓnūciādū. ⁊ di. 5. c. Je/
iunia. vbi dr̄ Jeiunia i eccleſia ſacerdotib⁹ ꝯſti
tuta ſine neceſſitate rōnabili nō ſaluant̄. h ille.

Qd̄ ieiuniū fructuoſuz ē et vtile ad bōa tꝑa
lia et bōa corꝑalia et ad bōa ſpūalia. Ca. 3.

Tertiū myſteriū vidēdū d ieiūio dr̄ fru
ctificatō. Poſſum⁹ nāqꝫ triplicē ei⁹ fru
ctū ānotar̄: p̄m⁹ dr̄ corꝑalis. 2⁹ tꝑalis.
3⁹ ſpūalis. Prim⁹ ieiunij fruct⁹ dr̄ corꝑaliſ: ipi
eteni corꝑi ꝓdeſt triplicit̄. p° refrenādo. 2° ſanā
do. 3 fortificādo. Pmo ieiuniū ꝓdeſt corꝑi ipꝫ
refrenando. Nā nulliū remediū ē ita efficax ad
reprimēdū carniſ rebellionē ad ſpm̄ ſic macera
re ⁊ affligē illā ⁊ potiſſimū ꝑ ieiuniū. Et qs nō
indigeat tali medicia qn̄ oēs pūgunt̄ vexant̄ et
agitāt̄ ſtimulo carnis. Iō paul⁹. 2. Cor. 9. c. di
cebat. caſtigo corp⁹ meū ⁊ i ſuitutē redigo. Ex
h Hier. ad Rusticū mōachū igt. Vas electōiſ
i cui⁹ pectore xp̄s ſonabat: macerat corp⁹ ſuū: ⁊
ſubijcit ſuituti: ⁊ tn̄ cernit nālē carnis ardorē
ſue repugnare ſnīe: vt qd̄ nō vult h agere ꝯpel
lat̄ ⁊ q̄ſi vi patiēs vociferat̄ ⁊. d. Miſer ego hō
qs me liberabit d corꝑe mortꝭ h⁹. Et tu te ar/
bitrarꝭ abſqꝫ lapſu ⁊ vulnere poſſe trāſire: niſi
oī cuſtodia ſuaueris cor tuū: ⁊ idē i ep̄la ad fu
riā d viduitate ſuāda. Apl̄s igt macerat corp⁹
ſuū: ⁊ aīe ſubicit ipio: ne qd̄ alijs p̄cipit ipſe nō
ſuet. Et tu adoleſcētula feruēte cibis corꝑe de
caſtitate ſecura es q̄ſi. d. nō: ⁊ idē i ep̄la ad eu/
ſtochiū: ⁊ ponit̄ i. c. Si paul⁹. 32. q. 5. Si paul⁹
inqt apl̄s vas electōis ⁊ ꝑpat⁹ i euāgelio xp̄i ob
carnis aculeos ⁊ icētiua vitioꝝ reprimit corp⁹
ſuū ⁊ i ſuitutē ſubijcit: ne alijs p̄dicās ipſe re/
prob⁹ efficiat̄: ⁊ tn̄ videt aliā legē i mēbris ſuis
repugnātē legi mētis ſue ⁊ captiuantē ſe i lege
pcti. Si p⁹ nuditatē ieiunia famē carceres fla/
gella ſupplicia i ſemet reuerſus exclamat. Infe
lix ego hō qs me liberabit d corꝑe mortꝭ h⁹ tu te
putas ſecurā eē dbere. In ep̄la ꝟo ad Salui/
niā d nebridio ⁊ viduitate idē Hiero. ſic loqt̄.
Sic iraſci hoīuz ē ⁊ irā nō ꝑficē xp̄iani: ſic oīs
caro cōcupiſcit qdē ea q̄ carnis ſūt ⁊ qbuſdā ille
cebris ad mortiferas aīe voluptates trahit. Sꝫ
noſtrū ē voluptatꝭ ardorē maiore xp̄i amore re
ſtringē: ⁊ laſciuiēs iumētū freniſ iedie ſubiuga
re: vt nō libidinē: ſꝫ cibos q̄rat ac d̄ſideret ⁊ ſeſ
ſorē ſpm̄ ſcm̄ moderato atqꝫ cōpoſito portet i
ceſſu. Quorſuz iſta. Vt hoīez te eſſe noueris

⁊ nisi caueas passionibꝰ hũanis subiacere. De
eodẽ cuncti facti sumꝰ luto. hisdẽ cõpacti eroꝛ/
dijs: ⁊ i serico ⁊ pãnis eadẽ libido dñat̃. Nec
regũ purpuras timet nec mẽdicoꝝ spnit squa/
loꝛẽ: meliusqꝫ ẽ stomachũ te doler̃ q̃ꝫ mẽtẽ: ipa
re corꝑi q̃ꝫ fuire: gressu vacillare q̃ꝫ pudicitia.
Et i epl'a ad Demetriadẽ v. idẽ. d. Ignita sũt
diaboli iacula q̃ simul vulnerãt ⁊ iflãmãt ⁊ a re
ge babylonis tribꝰ pueris p̃pant̃: sꝫ quõ ibi q̃r
tus spẽꝫ habẽs filij dei itẽsos mitigat ardoꝛes:
sic i aio vginali roꝛe celesti ⁊ ieiunioꝝ frigoꝛe
puellaris caloꝛ extinguit̃: ⁊ hũano corꝑi ãgelo
rũ ꝯuersatio p̃pat̃. Itẽ i epl'a ad Eustochiuꝫ sic
refert. Sollicite ꝓuidẽdũ ẽ vt q̊s saturitas a pa
diso expulit esuries rducat: nõ ꝙ deꝰ itestinoꝝ
nr̃oꝝ delectet̃ rugitu: sꝫ ꝙ alit̃ pudicitia tuta eẽ
nõ possit. Propterea ⁊ ipse Hiero. i seipso oñ
dit ꝙ alijs p̃dicauit. Eiꝰ vba sũt ad eustochiũ
loquẽt̃. Quotiẽs i heremo ꝯstitutꝰ: ⁊ i illa va
sta solitudine q̃ exusta solis ardoꝛibꝰ hoꝛriduꝫ
monachis p̃stat hitaculũ: putabã me romãis i
teresse d'litijs: sedebã solꝰ: qꝛ plenꝰ erã amaritu
dine. Hoꝛrebãt sacco mẽbꝛa defoꝛmi: ⁊ squali
da cut̃ sitũ ethiopisse carnis obduxerat. Quot
tidie lachꝛyme q̊ttidie gemitꝰ: ⁊ si qñ repugnã
tẽ somnꝰ iminẽs opp̃ssisset: nuda humo vix os
sa herẽtia collidebã. De cibis vo ⁊ potu taceo
cũ ẽt lãguẽtes mõachi aq̃ frigida vtant̃: ⁊ coctũ
aliqd accepisse luxuria fit. Ille igit̃ ego q ob ge
hẽne metũ tali me carceri dãnauerã scoꝛpionũ
tm̃ sociꝰ ⁊ feraꝝ sepe choꝛis itererã puellaꝝ pal
lebãt oꝛa ieiunijs ⁊ mẽs d'siderijs estuabat: ⁊ i
frigido corꝑe ⁊ sicca iã carne p̃moꝛtuo sola libi
dinũ icẽdia bulliebãt. Itaqꝫ oi auxilio d'stitutꝰ
ad iesu iacebã pedes: rigabã lachꝛymis ⁊ crine
tergebã ⁊ repugnãtẽ carnẽ hebdomadaꝝ iedia
subiugabã. Nõ erubesco cõfiteri ifelicitat̃ mee
miseriã: qn potiꝰ plãgo nõ eẽ qd' fueri. Memini
me clamãtẽ diẽ crebo iũxisse cũ nocte nec priꝰa
pectoꝛis cessasse vberibꝰ q̃ꝫ rediret dño iꝑante
trãq̄llitas. Ipsaꝫ q̊qꝫ cellulã meã q̄si cogitatio/
nũ meaꝝ ꝯsciaꝫ ꝑtimescebã. Et mihimet iratꝰ
⁊ rigidꝰ solꝰ deserta penetrabã. Sicubi cõcaua
valliũ: asꝑa mõtiũ: rupiũ p̃rupta cernebam ibi
mee oꝛonis locꝰ. Et vt mihi testis ẽ dñs: post
multas lachꝛymas pꝰ celo oculos ihercẽtes nõ/
nũq̃ꝫ videbar mihi iteresse agminibꝰ angeloꝝ.
Hec Hiero. Sꝫ qd d' alijs oibꝰ scis dicã. Nõ
ne ꝑ abstinẽtiã afflictionẽqꝫ ieiunioꝝ suꝑaue/
rũt luxuriã. Et vt de alijs taceã dicã tm̃ qd' de
btõ Frãcisco scribit i sua legẽda. d. Bon. In
q̃. n. sic Attẽdẽs illud apl'i vbũ. Qui aũt sunt

xp̄i carnẽ suã crucifixerũt cũ vitijs ⁊ cõcupiscẽ/
tijs. Vt crucis armaturã iugiter suo ferret i coꝛ
ꝑe tãta discipline rigiditate sẽsuales appetitꝰ ar
cebat: vt vix necessaria sumeret sustẽtatõi natu
re. Difficile nãqꝫ foꝛe dicebat necessitati coꝛꝑis
satisfacere ⁊ ꝓnitati sensuũ nõ ꝑere. Propter
ꝙ cocta cibaria sanitat̃ tp̄e vix admittebat ⁊ ra
ro. Admissa vo aut cõficiebat cinere aut cõdi/
mẽti saporẽ admixtõe aq̃ vtplm̃ reddebat isi/
pidũ d' potu vini qd dicã cũ d' aq̃ dũ sit̃ estuaret
ardoꝛe vix ad sufficiẽtiã biberit. Pꝫ gꝰ ꝙ ꝑ ie/
iuniũ corꝑꝰ aie inimicũ maxie refrenat̃. 2° ꝓ/
dest ieiuniũ coꝛꝑi ip̄m sanãdo. nã visuꝫ ẽ ꝑ ex/
ꝑiẽtiã ꝙ magis ꝓdest sanitati coꝛꝑis abstinẽtia
moderata q̃ꝫ nimiꝰ ⁊ excessiuꝰ ciboꝝ vsus: qñ/
imo vtplm̃ ex gula oẽs egritudies euenire so
lẽt. Vñ d' cõse. di. 5. c. Ne tales dr̃. Moꝛbi sa
turitate nimia ꝯcitant̃. Et Seneca ad Lucilluꝫ
sic ait. Medicina quõdã paucaꝝ scia fuit herba
rũ qbꝰ sisteret̃ fluẽs sanguis vulnera coirẽt pau
latiꝫ. Deide i hãc ꝑuenit tã multiplicẽ varieta/
tẽ. Nec ẽ mixꝝ tũc illã minꝰ negocij habuisse:
firmis adhuc solidisqꝫ corꝑibꝰ ⁊ facili cibo nec
ꝑ artẽ voluptatẽqꝫ coꝛrupto q postq̃ꝫ cepit ñ ad
tollẽdã sꝫ irritãdã famẽ: q̄re inuente sunt mille
cõditure qbꝰ adhibitis excitaret̃. Que desiderã
tibus alimẽta erãt: onera sũt plenis. Inde pal
loꝛ ⁊ neruoꝝ vino marcẽtiũ tremoꝛ: ⁊ misera/
bilioꝛ excruciatibꝰ q̃ꝫ ex fame macies. Inde in
certi tabẽtiũ pedes ⁊ semꝑ quasi i ipsa ebꝛieta/
te titubatio. Inde ⁊ i totã cutẽ humoꝛ admis/
sus distentusqꝫ vẽter dũ male assuescit plus ca
pere q̃ꝫ poterat. Et tãdẽ cõcludit multos moꝛ/
bos multa fercula fecisse. Et Iohs os aureuꝫ
de cõse. di. 5. i. c. Nihil. h ipsum cõfirmat. d.
Abũdãtia moꝛbũ fac̃ ⁊ molestias igerit ⁊ egri
tudines generat. Iõ Hiero. cõtra Iouinia/
nũ ait. Egrotãti tibi nõ aliter sanitas restituit̃
nisi tenui cibo victuqꝫ castigato q̃ dieta dr̃. Et
idẽ Hiero. i. c. legimꝰ. de cõse. di. 5. Legimꝰ
quosdã moꝛbo articulari ⁊ podagre humoꝛibꝰ
laboꝛãtes: ꝓscriptõe bonoꝝ ad simplicẽ men/
saꝫ ⁊ pauꝑes cibos redactos ꝯualuisse. Carue
ruut eniꝫ sollicitudine dispẽsande domꝰ ⁊ epu
larũ largitate: q̃ ⁊ coꝛpꝰ frãgũt ⁊ aiam. 3° ꝓdest
ieiuniũ coꝛꝑi ipsuꝫ foꝛtificãdo. Nã moderata
ieiunia ex cõsequẽti coꝛpoꝛa magis sana ⁊ ma/
gis robusta reddũt. Et si dicat̃ h nõ esse veꝝ:
qm̃ ꝑ ieiunia debilitant̃ coꝛꝑis vires: fm̃ illud
p̄s. Genua nr̃a ifirmata sũt a ieiunio. Rñde/
re possumꝰ qd' Paulꝰ dicebat. 2. Coꝛ. xi. Cũ i
firmoꝛ tũc foꝛtioꝛ suꝫ: eo ꝙ ifirmitas ⁊ d'bilitas

corpis reddebat eũ fortẽ ⁊ ꝓmptũ ad dĩ obseq̃a

Scd̃s ieiunij fruct⁹: dr̃ tpalis. pdest. n. adhuc tripliciť tpaliť. p⁹ placãdo. 2 liberãdo. 3° ipetrãdo. Primo pdest tpaliter placãdo deũ: quãdo irat⁹ pp pctã populi tpali flagello eos pcutere cõminaẗ: sicut pꝫ Ione libro p totũ de Niniuitis de qb⁹ ita ait Hiero. li. 2. ꝯ Iouinianũ. Niniue ciuitas magna irã dei ieiunioꝝ miseratõe retorsit: quaꝫ vtiqꝫ Sodoma atqꝫ Gomorra placassent: si pniam agere lachrymasqꝫ pnie fundere ieiunio patrocinãte deũ cõciliare voluissent. Missus siqdem fuit ad Niniuitas Ionas ⁊ audierũt illi vocẽ ei⁹: ⁊ timuerũt deũ ⁊ ieiunãtes ⁊ orãtes irã ei⁹ placauerũt. Secũdo pdest homini ieiuniũ tpaliter liberãdo. s. a piculis ⁊ aduersitatib⁹ huius seculi: sicut pꝫ de multis q ieiunãtes ob reuerẽtiã virginis: ⁊ aliorũ scõꝝ liberati sunt a multis piculis celi terre ⁊ mariũ. Tertio pdest ieiuniũ tpaliter ipetrãdo. s. tpalia bñficia: vt pluuiã tpe siccitatis: sanitatẽ tpe ifirmitatis: serenitatẽ tpe ibriũ: pacem tpe guerraꝝ ⁊ similia. Tertius fruct⁹ ieiunij diciẗ spũalis. Prodest. n. spũaliter tripliciť. Primo clarificãdo. Secũdo cibãdo. Tertio glorificãdo. Prio pdest clarificãdo. Nã ad pspicacitatẽ ⁊ puritatẽ oratõis ⁊ cõtẽplatõis miro mõ disponit. Nõne lectio oratio p̃dicatio ieiuno stomacho meli⁹ capiunẗ ⁊ exercenẗ. Hic Hiero. cõtra Iouinianũ ait. Daniel atqꝫ tres pueri interpretationẽ somnioꝝ ieiunio reuelãt pastiqꝫ leguminib⁹ prudẽtiores ⁊ pulchriores inueniunẗ. Hec ille. Iohi euãgeliste in insula pathomos ieiunãti reuelata sunt secreta celestia Apostoli ieiunãtes spũs sancti lumine sunt illustrati. Act. 2. Secũdo pdest ieiuniũ spũaliter cibãdo. Cũ. n. mens fuerit illuminata ⁊ diuine cõtemplatõi intenta. ex pñti delectatõe spirituali inebriaẗ. Tertio pdest ieiuniũ spũaliter glorificãdo: qr p illud introducimur in beatam vitã: sicut Helias post ieiuniũ raptus est i celũ. 3. Reg. 2. ibi⁹ aũt mysteriũ post ieiuniũ quadragesimale statĩ resurrectiõis celebratur gloria. Ergo aĩo feruẽti vnusqsqꝫ ꝺm facultatẽ suã hodie ieiuniũ incipiat: vt sic in fine adipiscatur eternam gloriã. Amen.

Feria qnta post diẽ cineꝝ de vsu ⁊ laudib⁹ sanctissime orõnis cõtra eos q dicunt non esse orandũ neqꝫ p bonis acquirendis neqꝫ p malis euitandis. Sermo. 16.

a Accessit ad eum Centurio rogãs eum. Notanẗ h verba Math. 8. c. ⁊ i euãgelio hodierno. Promptissimus de⁹ semp ẽ ad liberaliter exhibẽdum nobis bñficia sua: q̃ ideo sepe nõ accipimus: qr negligẽtes sum⁹ ad fiducialiter postulãdũ. Nã q petit accipit: ⁊ q querit iuenit: ⁊ pulsanti apieẗ: vt diciẗ. Luc. xi. Et vtiqꝫ satis claꝝ ẽ i historia sancti euangelij die hodierno recitãti: i qua cõmemoraẗ sanitatis donũ a xp̃o collatũ puero Centurionis paralitico ⁊ male habenti. Qð vtiqꝫ xp̃s fecit cõmotus fidelib⁹ p̃cibus Centurionis humiliter eũ depcãtis: Qm̃ aũt apud aliquos incredulos ⁊ indeuotos orõnis vsus vilis ⁊ inutilis reputaẗ: iccirco i pñti sermone de cõmẽdatione ⁊ laudibus oratõis erim⁹ tractaturi: vt sic omnis vere penitẽs audeat cũ Centurione clamare securius ad dñm ihm xp̃m. Notabim⁹ ergo tria p que principaliter ostendemus vsum oratõis cõmẽdabilẽ eẽ ⁊ in hac vita omnibus cõuenire.

Primũ diciẗ cõtrarioꝝ debilitas.
Secundũ dicitur sanctorum dignitas.
Tertium dicitur omniũ indigentia.

Confutatio debiliũ rõnũ quas pleriqꝫ adducere solent ad ostendendũ qꝫ sit superfluũ orare. Capitulum primum.

p Primũ quo ondiẗ cõmendabilis vsus orationis dr̃ cõtrarioꝝ debilitas. Nã q dicũt nõ esse orãdũ neqꝫ p bonis acquirẽdis neqꝫ p malis amouendis: assumunt ad defensionẽ erroris sui triplicem rõnem. vꝫ prima ẽ diuine puidẽtie: ꝺa diuine pmanentie tertia diuine clemẽtie. Pria rõ ẽ diuine puidẽtie. Dicũt. n. qꝫ facta nr̃a ⁊ ista oĩa iferiora nõ regunẗ a puidẽtia dei: ⁊ ex pñti pspa ⁊ aduersa bõa ⁊ mala ab ipso nõ puenire. Si aũt iterrogenẗ a quo ergo ista gubernãẗ: aliq rñdebũt qꝫ a fato: aliq qꝫ a fortũa: aliq qꝫ a nulla puidẽtia: sꝫ veniũt sic. Pmi dicũt qꝫ oĩa ista q̃ i h mũdo fiũt: ⁊ q̃ hoĩb⁹ accidũt veniũt a fato: noĩe fati itelligẽdo iflueñtiã celi ⁊ plãetaꝝ ꝺm quã asserũt oĩa regulari. Et hui⁹ opiniõis fuit Ouidi⁹ q i li. de tristib⁹ dixit. Nõ fatũ vincere nulla valet. Idẽ cõfirmauit Señ. i tragedijs. d. Fatis agimur credite fatis: ⁊ qd agit mortale gen⁹ venit ex alto. Et de cõsolatõe ad Paulinũ. d. Mutare fata nõ possumus: stãt dura ⁊ inexorabilia Et Lucanus li. 6. inquit. Preceps agit oĩa fatũ. Nec medij dirimunt morbi vitãqꝫ neceẽqꝫ. Et Iuuenalis li. 3. satyra. i. Seruis regna dabunt captiuis fata triũphos. Et Tullius li. i. d diuinatõe. Fato oĩa fiunt. Et Quintilianus i declamatõib⁹. Fato viuimus languem⁹ conualescimus morimur. Medicina quid prestat

nisi vt vita nemo despet. Inde ē ꝙ qdā astro/
logi ingerūt se ad iudicādū de futuris euētib⁹
hoīum: de vita ꝛ morib⁹ regū: de pace ꝛ guer/
ris populoꝝ: de diuitijs ꝛ pauptate: de fecūdita
te ꝛ sterilitate vxoꝝ: de honorib⁹ ꝛ dignitati/
bus acqrēdis ꝛ similib⁹: q̄si ista oia depēdētiā
habeāt: sicut a causa necessaria ab influētia pla
netaꝝ ꝛ celestiū corpoꝝ. Et ex h̄ vsuz ē i puer
biū īter vulgares: ꝙ nō iuuat orare deū cū iaz
diffinitū sit: qd̄ vnusqsqz aut boni hr̄e aut ma
li pati habeat. Cōtra quos Aug. li. 5. de ci. dei
c. i. sic ait. Prorsus diuina ꝓuidētia regna cō
stituunt̄ humana: que si ꝓpterea qsq̄z fato tri/
buit qd̄ ipsam dei volūtatē vel ptātem fati no/
mine appellāt: sniam teneat: linguā corrigat.
Cur nō h̄ pᵐ dicit qd̄ dictur⁹ ē cū ab illo qsq̄z
q̄sierit qd dixerit fatū. Nā id hoies qn̄ audiūt
vsitata loquēdi cōsuetudine nō itelligūt nisi vi
positōis sideꝝ qualis est qn̄ qs nascit̄ siue cōci
pitur: qd̄ aliq a dei voluntate alienāt: aliq etiam
ex illa hec pendere cōfirmāt. Sed illi q sine dī
volūtate decernere opinant̄ sidera q̄lis qsqz sit
id bonoꝝ habeam⁹ malorūue patiamur: ab au
ribus oium repellēdi sunt: nō solū eoꝝ q vaz re
ligionē tenēt: sꝫ q deoꝝ qualiūcūqz volunt esse
cultores. Hec .n. opinio qd agit aliud nisi vt
nullus oio colat̄ aut roget̄ de⁹. Et paulo iferi⁹
subdit. Quale deinde iudiciū de hoīum factis
deo relinquit̄ qbus celestis necessitas adhibet̄
cū dn̄s ille sit ꝛ sideꝝ ꝛ hoīum. h̄ ille. Si qs ve
ro obijceret ꝙ astrologi ꝑsepe va dicūt: audiat
Aug. ꝑ fati. li. c. 7. d. Nō imerito credit̄ cum
astrologi multa va r̄ndēt occulto instinctu fie/
ri spūuz nō bonoꝝ: quoꝝ cura ē falsas ꝛ noxi/
as opiniones de astralib⁹ fatis inserere huma
nis mētib⁹ atqz firmare. Jō friuola ē mathe/
maticoꝝ snia q̄ nos nr̄osqz successus astris sub
dere moliunt̄. Secūdi asserūt oia ista iferiora
moueri ad ipiū fortune ꝛ disponi. Vn̄ Plu/
tarch⁹ li. de remedio ire. d. ꝛ inducit Euripi/
de sic loquētē. De⁹ magna regit: pua vo ifor/
tun ema nib⁹ derelinqt. Hanc fortunā rudes
hoīes ꝛ idolatre gētiles deā quādā eē putaue/
runt. Vn̄ Lac. li. 3. Crediderunt ingt populi
fortunā quādaz deā esse res humanas varijs
casib⁹ illudētē: qꝛ nesciebāt vn̄ sibi aut bōa aut
mala venirēt. Hoc tn̄ sic opinātes Aug. li. 4.
de ci. dei. c. 18. sic deridet. Fortūa dea putat̄ et
colit̄. Certe oēs deos vtriusqz sexus: ꝛ si sexū
habent nō nisi bonos estimare debemus hoc
Plato dicit: hoc alij phi: hoc excellentes reipu
blice populorūqz rectores. Quomō ergo dea
fortuna aliqn̄ bona ē aliqn̄ mala: an forte quā/
do mala est dea nō ē: sꝫ in malignū demonē re
pente cōuertit̄. Sꝫ Ar. li. 2. phi. dicit fortunaz
esse causam ꝑ accidēs in agētibus fm̄ ꝓpositū
Et tn̄c dicit Tho. in. 2. sūme cōtra gētiles. Et
d. Boñ. di. 37. secūdi li. Licet aliqd sit casua/
le vel fortuitū respectu agētis ꝑticularis: vꝫ po
te ꝑticularis nature ꝛ intellectus creati: nihil
tamē est casuale aut fortuitū respectu ꝓuidētie
dei: a qua omnia ꝓuisa sunt ꝛ ꝓordinata. Ter/
tij cōtēdūt prouidentiā dei nullā esse circa ista
inferiora ꝛ hoīum facta: sed omnia currere sic
sine vlla ꝓuidentia regulāte. Qui error ꝑnicio
sissimus est ꝛ dānat̄: tū rōne: tū auctoritate. Et
lꝫ multe rōnes ad hoc possent induci: tn̄ dicam
eā quā Tho. ponit in. 3. cōtra gētiles. c. 65. Ait
n. sic. Impossibile ē ꝙ aliq̄ n̄ cognoscētia fine
opent̄ ꝑꝑ finē: ꝛ ordinate ꝓueniāt in ipm̄: nisi
sint mota ab aliquo habēte finis cognitionē: sꝫ
omnia corpora naturalia mouent̄ ꝛ opant̄ ꝑꝑ
finez: lꝫ illū nō cognoscāt. Ergo oportet ꝙ to/
ta opatio nature ab aliqua cognitiōe ordinetur
Preterea omnia que sunt natura distincta in
vnū ordinē nō cōueniunt nisi ab vno ordinā/
te colligant̄ in vnū. In vniuersitate aūt reꝝ sūt
res distinctas ꝛ cōtrarias naturas habētes: q̄
tn̄ in vnū ordinem cōueniūt. Ergo oportet ꝙ
vnus sit vniuersoꝝ ordinator ꝛ gubernator.
Sunt ad hoc etiā scripture sacre ꝛ auctoritates.
Ait .n. sapiens. Sap. 14. c. Tu aūt sapientia
tua gubernas oia. Et ecclesiastes. 5. Ne di/
cas corā angelo tuo nō est ꝓuidētia. Et Ma
the. 6. reprehēdens xp̄s imoderatā sollicitudi
nem eoꝝ q diffidunt gubernari posse a deo:
ostendit qualiter ipse ꝓuidentia sua decorat ter
raz floribus: pascitqz aues ꝛ volucres celi. Jō
Lac. li. i. di. insti. cōtra dei ꝓuidētiā negātes
sic pulchre loquit̄. Suscepto igit̄ illustrāde vi
tatis officio: nō putaui adeo necessariuz ab illa
qōe initiū sumere: que videt̄ prima esse natura
sine ꝓuidentie q̄ rebus oibus cōsulat: an for/
tuitu vel facta sint oia vel generant̄. Cuius sen
tentie auctor est Democritus cōfirmator epi/
curus: quos tamē ceteri phi ac maxime stoici
acerrime retulerūt docētes: nec fieri mūdū nec
cōstare nisi summa rōne potuisse. Sꝫ ꝛ Mar/
cus Tulius q̄uis achademice discipline de/
fensor esset: de ꝓuidentia gubernatrice rerū et
multa ꝛ sepe disseruit: quod facit tum in oibus
phie sue libris: tum maxime in his qui sunt de

natura deoꝝ. Nec difficile sane fuit paucorum
hominū praua sententiū redarguere menda/
cia ceteris phis in hac vna re nō diffidentibus
Nemo.n.est etiam tā rudis tā ferus moribus
q oculos suos in celū tollens tameisi nesciat cu
ius prouidentia dei regat hoc omne qđ cernit
nō aliquā tamē esse intelligat ex ipsarum motu
magnitudine pulchritudine vtilitate tēperatio
ne: nec fieri posse qn illud qđ mirabili ratōe cō
stat cōsilio aliquo maiore sit instructum: h ille.
Dicimus ergo ⁊ catholice tenemus q oia re/
gunt̄ fm prouidētiā dei q bona vel mala hoi/
bus iuste distribuit fm q iudicat melius cōue
nire. Secūda ratio quare dicūt aliqui non eē
orandū: est diuine pmanētie. dicūt.n. q lz oia
fiant fm diuinā prouidētiā cū ipsa nihil aliđ sit
q̄ ipse deus ⁊ deus sit immutabilis: fm illud
Numeri.23. Nō ē deus quasi hō vt mentiat̄:
neqz vt filius hominis vt mutet̄. Et Malachie
3. Ego dñs ⁊ nō mutor. Et Jac.i. Apud quē
nō est transmutatio. Et Aug.in li. de natura
boni. Solus de⁹ imutabilis ē. Ergo si dispo/
suit bene facere hoibus indigentib⁹ absqz ora/
tione illoꝝ illud iplebit. Et si deliberauit mala
aliqua ipti: nō pp orationes cessabit. Sed cō/
tra istos ē auctoritas Hiero.18. vbi de⁹ sic loq
tur. Repente loquar aduersuz gētē ⁊ aduersuz
regnū vt eradicē ⁊ destruā ⁊ dispdā illud. Si
pniam egerit gēs illa a malo suo: qđ locut⁹ suz
aduersuz eā agā: ⁊ ego pniam sup malo qđ co
gitaui vt facerē ei. Et subito loquar de gēte et
de regno: vt edificē ⁊ plātē illud. Et iterū Eze
chiel.33. deus.d. Si dixero iusto q vita viuat
⁊ cōfisus in iusticia sua fecerit iniquitatez: oēs
iusticie eius obliuioni tradent̄: ⁊ in iniqtate sua
q̄ opatus est moriet̄. Si aūt dixero ipio morte
morieris: ⁊ egerit pniam a peccato suo: vita vi
uet: ⁊ nō moriet̄. Et hoc ē qđ dicit̄.22.q.4.c.
Vnusqsqz. Ipse dñs frequēter suā mutat sen/
tentiā. Et i.c. icōmutabilis. idē habet̄. ⁊ de pe.
di.i.ca.nouit. Nouit deus mutare sniam si tu
noueris emēdare delictū. Ex qb⁹ vbis pz: q
fm q nos mētē nr̄am ⁊ volūtaria opa siue in
bonū siue i malū dirigimus: ita ⁊ ipse sentētiā
suā aut reuocat ⁊ inmutat aut exequit̄ sine sui i/
mutatōe. Nā vt dicit Ar.8.phi.⁊.xi.metha.
Deus est mouēs oia imobilis. ⁊ Boeti⁹ Sta
bilisqz manēs das cuncta moueri. Jō dicit.d.
Bon.di.8.primi li. q diuina essentia ē imu/
tabilis. Nā nō mutat̄ loco: qz vbiqz ē: nō tpe:
qz eternitas simul est: nō forma: qz pure actus
est. Vnde mutationē fm formā tollit simplici
tas: fm tps tollit eternitas: sz locū tollit imēsi
tas: et ideo in deo est summa stabilitas: ⁊ inde
ois motus cālitas. Sine sui itaqz mutatōe p/
duxit deus i tpe mūdū: sine sui mutatōe carnē
nostrā assumpsit: sine sui mutatōe petentib⁹
⁊ oratibus sua dona largit̄. Nā vt ingt Tho.
2.2.q.83. Ex diuina pũidētia nō solū disponit̄
q effectus fiant: sz etiā ex qbus causis ⁊ quo or
dine pueniāt. Inter alias etenim causas sunt
etiā quorūdā affectuū cause actus humani. Vn
de oz hoies agere aliqua nō vt p suos act⁹ diui
nā dispositionē imutēt: sz vt p act⁹ suos ipleant
quosdā effectus fm ordinē a deo dispositum.
Et idē etiā est in naturalib⁹ causis. Nā neqz
q plātat est aliqđ neqz q rigat: sz q icremētū dat
de⁹ vt dr̄ i.c. Cū nō sit i hoie: extra de decimis
Et tn̄ si hō nō plātat aut nō seminat: de⁹ nō dat
incremētū. Simile est de oratōe. Nō.n.pp h
oramus vt diuinā dispositionē imutem⁹: sz vt
illud ipetrem⁹ qđ deus disposuit mediātib⁹ ora
tiōib⁹ nobis donare. vt Gr̄.d.i.dial.li. Ter
tia rō quā assumūt negātes ⁊ dānātes orōnis
vsuz ē diuine clemētie. Deus inquiūt clemētis
simus ē ⁊ liberalissim⁹: ideo cū noscat oia qb⁹
indigem⁹ nō opus ē orationib⁹ ab illo ea petere
qz vt ingt Seneca nulla res carius emit̄ q̄ q̄ p̄
cibus empta ē. Jdeo summe liberalitati ei⁹ nō
cōuenit bñficia p̄stare rogatus. Ad hoc rn̄det
Aug. ad pbū de orādo deū. Quod deus mul
ta nobis ex sua liberalitate p̄stat nō petita. Sz
q aliqua vult p̄stare nobis petētibus h est pp
nostrā vtilitatē vt.s. fiduciā quādā accipiamus
recurrēdi ad deū: ⁊ vt recognoscam⁹ cū eē bo/
noꝝ nostroꝝ actorē. Et sic interimunt̄ omnes
obiecctiones supradicte quibus orationis vsus
impugnabatur: qz debiles sunt ⁊ nullius robo
ris aut momenti.

Quod vsus oratōis cōmendat̄ auctoritate
⁊ exemplo sanctorum veteris ⁊ noui testamēti
⁊ pcipue dñi nr̄i iesu xpi. Capitulum. 2.

Secundū quo cōmedabilis orationis
vsus dicit̄ est sanctoꝝ dignitas. Oēs
etenim sancti vbo pariter ⁊ exēplo ora
re nos docuerūt. Vnde Dauid in ps.36 ora/
tionē cōmēdans ait. Subditus esto dño ⁊ ora
eū. Et ps.5. Quoniā ad te orabo dñe: mane
exaudies vocē meā. Et ps.33. Exqsiui dñm
⁊ exaudiuit me: ⁊ ex oibus tribulationib⁹ meis
eripuit me. Et sapiēs Ecc.35. Oratio humi/
liantis se nubes penetrat. Et Thobie.12. bo/
na est

na est oratio cū ieiunio. Et Hiere. 33. Clama
ad me ⁊ ego exaudiā te. d. dn̄s. Et. i. Pet. 3.
Omnes vnanimes in orōne estote. Et Ja. 5.
Orate ꝓ inuicē vt saluemini. Et doctor gētiū
Paulus Ro. 12. Spe gaudentes in tribula/
tione patiētes orationi instantes. ⁊. i. Cor. 7.
Vacetis orationi. Et phi. 4. Nihil solliciti si/
tis: sꝫ i omni orōne ⁊ obsecratōe cū graꝝ actio
ne petitiōes vr̄e innotescāt apud deū. Et Col.
4. Orōni īstate vigilātes in ea. Et. i. Thi. 2.
Volo viros orare i omni loco leuātes puras
manus. Et. I. Thessa. vlti. Sine intermissiōe
orate. Et xp̄s i euāgelio Luc. xi. Petite ⁊ ac
cipietis. q. ⁊ in. p. ⁊ aper. vobis. Et Luc. 18.
Oportet semꝑ orare ⁊ nō deficere. Et Luc.
22. Et Math. 26. Vigilate ⁊ orate ne intretis
in tēptatōeꝫ. Et Math. 24. Orate ne fiat fu/
ga vr̄a hyeme vel sabbato. Et Marci. 13. Vi
dete vigilate ⁊ orate. Et qđ docuerūt sci verbis
oꝑe cōpleuerūt: atqꝫ orādo amplissima dei mu
nera ipetrauerūt. Vn̄ Gen̄. 25. Jsaac depre/
catus est deū ꝓ vxore sua Rebecca eo ꝙ esset
steril': q exaudiuit eū: ⁊ dedit Rebecce cōceptū
⁊ Exo. 8. 9. ⁊. 10. c. Orauit Moyses ꝓ amo
tione plagaꝝ ab egypto ⁊ exauditus est: lꝫ illi
mali essent. Et Exo. 17. Jn bello qđ habue/
rūt filij isrl' ꝯ Amalechitas: plus fecit Moy/
ses orando qꝫ Josue pugnando. Et Exo. 32.
Post adorationē vituli qn̄ videbat dn̄s velle
delere populū Moyses ꝑ orōnis instātiā obti/
nuit veniā. Et numeri. xi. Per orōnē Moy
si absorbtꝰ est ignis q deuorabat castra murmu
rantiū. Et numeri. 12. Per orationē Moysi
curata ē Maria a lepra. Et numeri. 21. ꝑ orō
neꝫ etiā Moysi liberatꝰ ē populꝰ a serpētibus
Et. i. Reg. i. Anna q̄ sterilis erat orauit dn̄ꝫ
⁊ cōcepit ⁊ peꝑit filiū ⁊ vocauit nomē eiꝰ Sa/
muel: eo ꝙ a dn̄o postulasset eū. Et. i. Reg. 7.
Orāte Samuele filij israel debellarunt phili/
steos. Et Thobie. 6. Raphael angelꝰ monuit
Thobiā iuniorē ne demones haberēt ptātē in
eū vt oraret. Et Judith. 4. Tēpore ꝑsecutōis
Holofernis filij israel orabant deū vt visitaret
populū suū. Et Judith. 13. Armis orōnis mu
nita illa mulier vidua caput amputauit holofer
ni. ⁊ Esaie. 38. Orātē cū lachrymis ezechiam
exaudiuit deus ⁊ addidit diebꝰ eiꝰ annos. 15. ⁊
Danielis. 13. Susanna ꝑ orōnē liberata est a
criminatōe falsa ⁊ dānatōe mortis. ⁊ Jone. 2.
De ventre piscis ꝑ orationē ad littus maris ad
ductus est Jonas. Et. i. Machabeoꝝ. xi. Vi

dens Jonathas ꝙ oēs exceptis paucis dereli
querūt eū pugnātē cōtra alienigenas: scidit ve
stimēta sua ⁊ rogauit dominū ⁊ postea miseri/
cordiā obtinuit ⁊ victoriā. Et. 2. Machabeoꝝ
3. Onias summus pontifex orauit ꝓ Helio/
doro diuina vtute grauiter flagellato: eo ꝙ vo
luerat erariū expoliare. Deus autē illi vitā do/
nauit. Quid referā de orationibus apostoloꝝ
aliorūqꝫ sanctoꝝ: qui orando tot mira fecerunt
Sꝫ omnibus dimissis breuitatis causa ad xp̄ꝫ
est deueniendū. De ipso siqdē dicitur Math.
primo. Abijt in desertū locum ibiqꝫ orabat. ⁊
Luc. 6. erat ꝑnoctās in oratōe dei. ⁊ Luc. x. fa
cta est dum oraret species eius altera. ⁊ Luc.
23. ⁊ Math. 26. legitur ad patrem orasse. et ad
Hebr. 5. de ipso dicitur. Cum clamore valido
⁊ lachrymis exauditus est pro sua reuerentia.
Sed circa hoc nonnulli dubitant cur christus
orauit: cum Augustinus dicat lib. de correptio
ne ⁊ gratia. Nemo querit ab alio quod per se
potest: sed christus omnia poterat per se: ergo
nihil debebat ab alio petere nec orare. Ad hoc
respondet. d. Bonauentura di. 17. tertij libri
ꝙ decens fuit ⁊ conueniens orare christuꝫ pro
pter tria.
Primo ꝓpter meritum.
Secundo propter exemplum.
Tertio propter argumentum.
Primo propter meritum: quia sua petitione
⁊ postulatione merebatur nobis qui minꝰ ido/
nei eramus ad susceptionem beneficioruꝫ dei.
Secundo orauit propter exempluꝫ: scilicet
vt in seipso inuitaret nos ad orationis studiuꝫ
in cuius exercitio maxime supatur aduersariꝰ.
Tertio orauit ꝓpter argumētū: vt ostēderet
se esse veꝝ hominē ⁊ vere a deo missum. Pe
tere ergo ⁊ orare cōpetit xp̄o s̄m naturā assum
ptā. Et sic soluitur quod dicebatur in cōtrariū
Cōcludenda est ergo hec secunda pars princi
palis nostri sermonis: in qua probatum est per
exempla ⁊ auctoritates sanctorum ꝙ orationis
exercitium apprime est cōmendabile.

Quod oēs indigēt auxilio dei ad acquiren/
dam beatitudinē: ad vitanda ꝑicula: ⁊ ad bona
temporalia impetranda. Capitulum. 3.

Tertium quo ostendemus ad orationē
omnes obligari debere dicitur indi/
gentia. Omnes etenim cuiuscūqꝫ sta/
tus gradus ⁊ conditionis existant egent a deo
adiuuari: maxime qꝫtum ad tria: Primo qꝫtū
ad beatitudinem acquirendaꝫ. Secundo qꝫtū

ad pericula vitanda. Tertio q̈ꝫtum ad tempo/
ralia bona impetrãda. Primo indigent oẽs
a deo adiuuari q̈ꝫtũ ad beatitudinẽ acquirẽdã
eo ꝙ nullus illam viribus ꝓprijs aut virtute
valet adipisci. Ideo vnusqsqꝫ orare debet cuꝫ
Petro. d. Domine salua nos: qꝛ vt ingt psal.
Gratiaꝫ ⁊ gloriã dabit dominus. Secũdo
ĩdigent oẽs a deo adiuuari ꝓpter picula euitã/
da: qbus fragilis nostra cõditio subiecta ẽ. Et
de his sic eleganter loquit̃ Aug. 22. li. de ciui.
dei. c. 22. Sed p̃ter pueriles penas sine qbus
disci nõ potest ꝙ maiores volunt: qui vix ali/
quid vtiliter volunt: quot ⁊ quãtis penis ge/
nus agitetur humanũ: que nõ ad maliciã neq/
tiamqꝫ iniquoꝝ: sed ad cognitionẽ ptinent mi
seriãqꝫ cõem quis vllo s̃mone digerit. Quis
vlla cogitatione cõprehẽdit q̈ꝫtus est met⁹ quã
ta calamitas ab orbitatibus atqꝫ luctu a dãnis
⁊ a dãnationibus ⁊ deceptionibus ⁊ mẽdacijs
hominũ a suspitionibus falsis: aboĩbus violẽ/
tijs facinoribus ⁊ sceleribus alienis: quando/
quidẽ ab eis ⁊ dãnatio ⁊ captiuitas ⁊ vincula
⁊ carceres ⁊ exilia et cruciatus: amputatio mẽ/
broruꝫ ⁊ priuatio sensuũ: ⁊ oppressio corporis
ad obscenam libidinẽ opprimẽtis explendam
⁊ alia multa horrenda sepe cõtingunt. Quid
ab inumeris casibus q forinsecus corpori for/
midantur estibus ⁊ frigoribus tempestatibus
imbrib⁹ alluuionibus coruscatione tonitruum
grãdine fulmine motibus hiatibusqꝫ terraruꝫ
oppressionib⁹ ruinaꝝ: ab offensionibus ⁊ pa/
uore: vel etiã malicia iumentoꝝ a tot venenis
fructuũ aquaꝝ auraꝝ bestiarũqꝫ ac ferarũ non
tantũmodo molestis: ſꝫ etiã mortiferis morsi/
bus a rabie que cõtingit a rabido cane: vt etiã
a blanda ⁊ amica suo dño bestia nõnũq̈ꝫ vehe/
mentius ⁊ amarius q̈ꝫ leones draconesqꝫ me
tuatur: faciatqꝫ hominẽ quẽ cõtaminauerit cõ/
tagione pestifera: ita rabiosum: vt a parentib⁹
filijs ⁊ cõiuge peius omni bestia formidetur.
Que mala patiuntur nauigantes. Que terre/
na itinera gradientes. Quis ambulat vbicũqꝫ
nõ inopinatis subiacens casib⁹. De foro qdã
domũ rediens sanis pedib⁹ suis cecidit pedem
fregit: ⁊ ex illo vulnere finiuit hanc vitam.
Quid videtur sedente securius. De sella in q̃
sedebat Hely sacerdos cecidit ⁊ mortu⁹ est.
Agricole imo vo oẽs homines quot ⁊ quan/
tos a celo ⁊ terra vel a periculosis animalibus
casus metuunt agroꝝ fructibus. Solent tamẽ
de frumẽtis tãdem collectis ⁊ reconditis eẽ se/
curi. Sed quibusdã q̃d nouimus prouentum
optimũ frumentoꝝ fluuius improuissus fugiẽ
tibus hoĩbus de horreis eiecit: atqꝫ abstulit.
Cõtra mille formas demonũ incursus: qs in
ĩnocentia sua fidit. Quãdo quidẽ etiã puulos
baptizatos qbus certe nihil est innocenti⁹ ali/
quãdo sic vexant vt in eis maxime deo ista si
mente monstret̃ huius vite flenda calamitas ⁊
alterius desideranda felicitas. Iaꝫ vero de ip
so corpore tot exeunt morboꝝ mala: vt nec li/
bris medicoꝝ cuncta cõprehensa sint: in quoꝝ
pluribus ac pene oĩbus adiumenta ipsa ⁊ me/
dicamenta tormenta sunt: vt homines penaꝝ
exitio penali eruantur auxilio. Et ſꝫ in prefata
auctoritate multa dixerit Aug. ꝓpter q̃ null⁹
viuere securus dꝫ: nisi qui cõfidit in deo. Nos
tamẽ diebus nostris tãta vidimus euenisse ꝙ
merito fatuus reputari posset: qui ꝑ orationes
ad dñi auxiliũ nõ cõfugit. Tempore nãqꝫ iubi
lei anno dñi. 1450. regnante Nicolao quinto
pontifice maximo hora. 23. cũ ingens multitu
do populi cunctis ⁊ redeũtibus cõgregata eẽt
apud pontẽ sub castro sancti angeli adeo inter
sese existentes ibi cõpressi sunt vt illis exceptis
qui in flumine cadentes submersi sunt: ducẽ/
toruꝫ ⁊ septẽ hominũ suffocatorum in ponte p̃
dicto corpora sunt inuenta. Tempore alfonsi
regis arragonie ⁊ vtriusqꝫ sicilie ex nocturno
⁊ repentino terremotu in ciuitate Neapolita/
na alijsqꝫ ciuitatibus regni ⁊ terris ruentib⁹ ex
improuiso domib⁹ ⁊ edificijs multa milia ho/
minũ ꝑiere. Anno dñi. 1465. in dominica de
passione in ciuitate Venetiarũ preter morem
in lacunis illis nauicule plurime submerse sũt:
multisqꝫ vtriusqꝫ sexus pariter naufragiũ pas/
sis. Noui ⁊ ego epm̃ Brixieñ. q morsu cani/
culi sui quẽ in camera detinebat post. 40. dies
in rabiẽ versus extinctus ẽ. Noui ego nõ vnũ
sed plures quos fulgur de celo veniens ex im
prouiso vita priuauit. Vidi tot ⁊ tanta pericula
ꝙ si illa enumerare vellẽ longissima profecto
temporꝝ spacia occuparẽ. O vita labilis. o vita
innumerabilibus ꝑiculis circundata. o vita mi
sera ⁊ laboriosa in qua nullus securus esse põt:
nõ ꝓpter diuitias: nõ propter celsitudinẽ gra/
dus: nõ ꝓpter amicoꝝ copiã: nõ ꝓpter acutaꝫ
prudentiã. Ideo hoc vnu nobis dꝫ esse singu
lare refugiũ: vt orantes recurramus ad deum
Tertio indigent homines a deo adiuuari q̈ꝫ
tũ ad bona tp̃alia impetrãda: que etsi tãq̈ꝫ prin
cipalia petenda nõ sint: vt Aug. ingt ad Pro
bam. Postulari

bā. postulari tñ possunt tāqȝ quedā adminicu/
la quib⁹ adiuuamur ad tendēdū ad beatitudi/
neȝ inq̄ztū. s. p ea vita corporalis sustentat̄: ꝛ in
q̄ztū nobis organice deseruiūt ad act⁹ ꝟtutuȝ:
vt etiā phs. d. in primo ethicoꝝ. Centurio et
eniȝ orauit ꝓ sanitate pueri: ꝛ exauditus ē. Ac
cedamus ergo ꝛ nos cū ipso orātes deū omni/
potentē: ꝛ orationib⁹ insistentes vt dignet̄ no/
bis salutē anime: deinde si ei placuerit ꝛ corpo
ris impartiri: cōcedens hic gratiam suam et in
futuro gloriam. Amen.

Feria sexta post diē cineꝝ: de cōditionibus
que requirunt̄ in orationibus vt debito modo
fiant. Sermo. .20.

Orate Verba sunt dñi nostri iesu
xp̄i in euangelio hodierno
Mathei. 5. ca. Puto multos ex
bis qui audierūt cōsiderauerūtqȝ
diligenter ea q̄ dixim⁹ i s̄mone p̄/
cēdenti iaȝ deliberasse decetero feruenti⁹ solito
orōni vacare. Sȝ scire vellem qualiter orāduȝ
est: vt orō ipsoꝝ non sit inanis ꝛ infructuosa.
Capp hodierna die de mō orationis aliqua: ꝛ
qdē necessaria declarare curabo. Nā audim⁹
xp̄ȝ saluatorē i ꝟbis i themate allegatis ad ora
tionē nos exhortātē. Vt ergo voci ei⁹ ꝓmptio
re aio vnusqsqȝ pareat ꝛ obediat: triplicē mo
duȝ in oratione obseruandū ostendemus.
Primus modus dicit̄ expressionis.
Secundus modus dicit̄ attentionis.
Tertius modus dicitur ordinationis.

Qualiter ī oratōe necessaria est vocalis ex/
pressio vt in pluribus: ꝛ quare nō sufficit orare
tantū mentaliter. Capitulum. .I.

Primus modus q s̄uādus est in orō/
ne dr̄ expressiōis: qr dȝ orās exprime
re voce qd̄ gerit ī corde. s̄m illud p̄s.
Voce mea ad dñȝ cla. voce m̄. ad. d. dep̄catus
sum. Effundo i cōspectu eius orōnē meā ꝛ tri
bulationē meā añ ipsuȝ ꝓnūcio. Et Math. 6.
xp̄s docuit orātes voce dicere. Pater nr̄ ꝛc̄.
Et ad iflāmādū fideliū corda q̄ rerū varietate
satis mouent̄ sancta ecclesia vltra orōnē dñicaȝ
hymnos p̄s. ꝛ alias diuinas laudes in officijs
in qbus orat̄ deus statuit decātari. Sȝ 𝔠 h̄ ar/
gui pōt q orō nō dȝ eē ꝟbo aut voce expressa.
Sūt ad h̄ auctoritates sanctoꝝ doctorū. Vnde
ambrosius li. de sacris. Cū oras inqt noli ꝟ/
bis clamare. Et glo. Math. 6. In fide iteriori
orat̄ deus nō strepitu labioꝝ: sed deuotōe vir/
tutū. Et hysidorus li. d̄ summo bono. Oratio
cordis est nō labioꝝ. Nō eniȝ ꝟbo deprecā/
tis de⁹ attēdit: sȝ orātis cor inspicit. Et Aug.
in li. de sermone dñi in mōte. Vos auteȝ cum
oratis introite in tabernacula vestra: q̄ sunt ip/
sa corda. Et iterū ibidē ait. Claudendū ē ho/
stiuȝ. i. corporali sensui resistendū: vt orō spūa
lis dirigat̄ ad patrē: q̄ fit in hymnis cordis vbi
pater oratur in abscōdito. Et iteꝝ ibi. Agere
debemus apud deū: nō ꝟbis: sed rebus quas
animo gerimus cū deuotione pura ꝛ simplici
affectu. Et aug. ad Probū. Multū loq i orā/
do est reȝ necessariā supfluis agere ꝟbis. Et
Gregori⁹. Veraciter orare ē amaros i cōpū/
ctiōe gemitus nō cōposita ꝟba resonare. Er
go s̄m tantorū doctoꝝ documēta nō videt̄ i ora
tione vox fore necessaria. Rūdent ad hāc diffi
cultatē tollendā Alex. de ales. in. 4. volumie
summe. ꝛ Ric. in. 4. di. 15. ꝛ Tho. 2. 2. q. 83.
q duplex ē orō. Pria ē cōis q̄. s. fieri hȝ p mi
nistros ecclesie in psona toti⁹ populi q ad horas
dicendas obligant̄: vt in. ca. p̄sbyter. de cele.
mis. Et talis oratio dȝ innotescere populo pro
quo offert̄ vt excitet̄ ad deuotioneȝ. Ideo cleri
ci qui obligant̄ ex statuto ecclesie: ꝛ religiosi q
tenent̄ ex voto regule aut statutoꝝ vigore dice
re horas: debent illas voces exprimere: ꝛ si
qñ cōtingat vt extra choꝝ per se illas psoluant
tā alte debent ꝟba ꝓferre vt ipsi saltē ītelligāt
qd̄ loquunt̄. Et in. c. dolētes. reprehendūt̄ illi
qui sincopizādo ꝛ sine deuotione diuinū offm̄
celebrāt. Secūda ē oratio singularis. s. q̄ offert̄
ab homine ī q̄ztū ē singularis psona: siue oret
per se siue ꝓ alio. Et q̄zuis nō sit necessarium
talē orationeȝ esse sensibili voce: tñ vox ei adiū
gitur triplici ratione. Primo rōe deuotōis ex
citāde. Secūdo rōne reuerētie exhibēde. Ter
tio rōne affectōis explicāde. Prio rōne dūo
tionis excitāde: vt. s. p vocē ꝛ ꝟboꝝ sonuȝ cor
excitet̄ ad deū magis timendū colēdū diligēdū
siue desiderādū. Ex quadā. n. naturali vnio/
ne aie ad corp⁹ mot⁹ corporis diuersimode aie
affectōes excitāt: ꝛ affectōes maxie si sint for/
tes diuersas mutatōes faciūt in corpore. Ideo
cū qñqȝ ꝛ quasi sepius cōtingat q orare volen
tes ꝛ pp pōd⁹ carnis ꝛ pp occupatōes seculi: ꝛ
pp diaboli tēptamēta mentē habeāt aridā insi/
pidā debilē ꝛ de deo paꝝ cogitātē: aut certe ni
hil adiūgēda ē taliū orōni vox viua ī qua no/
minat̄ magn⁹ ꝛ excelsus bonus pius clemens
misericors ꝛ hui⁹ i: vt p talē prolatione cuigi/
lent quasi sensus interiores. Idē dico genufle

rionibus: de ꝓstratione ad terrā: de tonsioni
bus pctorꝫ: ⁊ similibus. Nō indiget his qui
omniū corda scrutat̄ ⁊ videt: sꝫ ideo fiūt vt ꝑ ta
les motus gestusq̄ꝫ corporis torpor mētis exci
tetur: ⁊ mens magis inflāmata efficacius per
orationē vniat̄ deo. Secūdo adiungit̄ vox ora
tioni rōne reuerētie exhibēde. vt. s. deo reue/
rentiaꝫ ipendamus nō tm̄ corde: sꝫ etiā ligua:
qm̄ vt ait Jo. da. i. 4. li. q2 ex duplici natura
cōpositi sumus intellectuali. s. ⁊ sensuali: dupli
ceꝫ honorē debemus deo offerre. s. spiritualē
⁊ corporalē. Si tamē in casu adeo qs esset i cō
tēplatōe ꝑfectus: ꝙ vocalis oratio remitteret i
teriorē feruorē: tūc nō esset vocaliter oranduꝫ
orone singulari. Tertio adiungit̄ vox oroni rō
ne affectōis explicāde. Nā ex abūdātia cordis
os loquit̄. vt dr̄ Math. 12. Quādoqꝫ ita fer/
uet interius aia itaqꝫ inflāmat̄ in dei amore:
aut humiliat̄ in eius timore: aut obligat̄ i eius
recordatōe bn̄ficiorꝫ: ꝙ quasi vim patiēs in v/
ba ꝓrumpere cogit̄. Sicut legit̄ d btō frāscisco
quē semel audiuit beatus frater Leo eius so/
cius ⁊ cōfessor ꝑ longū spaciū i orone eleuatuꝫ
a terra clamātē ⁊ dicētē. Quis es tu: ⁊ q sum
ego. Et dū hec eadē vba sepius replicaret su/
spirabat lugebat ⁊ totus videbat̄ liquefactus
amore. Nā vt ipse postea interrogāti eū fratri
Leoni p̄dicto q eū explorauerat: rettulit p̄dicta
vba ideo sic dixisse: qm̄ i corde suo tā ꝓfunda
versabat̄ sui cognitio sue. s. ꝑuitatis: ⁊ dei ma/
gnitudinis: a quo ipse ꝑuulus ⁊ minimus taꝫ
copiosa bn̄ficia susceꝑat sꝑabatqꝫ se vberiora su
scepturū: q ex vehemētia animi cū admiratōe
deū cōpellebat̄ laudare ⁊ bn̄dicere dicēdo sibi.
Quis es tu deus meus q nullo idiges in quo
est omne bonū: ⁊ q sum ego q nihil boni habeo
nec habere possum nisi tu deus meus dederis
qs es tu q teipsum etiā mihi dare ꝓmittis. Et
multa alia bulliebāt i corde eius ꝓpter q̄ vba
p̄dicta ingeminabat. Similiter. d. Ber. mi/
les ⁊ doctor de assisio: q fuit primus quē san/
ctus Franciscus traxit ad christū anteq̄ꝫ mun/
duꝫ reliquisset: inuitassetqꝫ quodā sero in do/
mo sua pauperē Franciscū cū in prima vigilia
noctis obseruasset eū quid faciebat: audiuit eū
in oratione positū cū suspirijs ⁊ lachrymis se/
pius replicātē. Deus meus ⁊ omnia: de9 me9
⁊ oia. In qbus vbis vt ipse postea declarauit
dn̄o ber. ꝓfundissime cōtemplabat̄ excessum
maiestatis diuine ⁊ infinitā bonitatē sumi dei.
Quod in oratōe necessaria est attentio s̄m vim
prime intentionis: ⁊ qualiter hoc modo oratio
est fructuosa licet nō sit per omnia attenta.
Capitulum Secundum.
SEcundus modus q seruādus ē i ora/
tione dicit̄ attentōis. Debet nāqꝫ ora
tio quātū fieri pōt eē attenta: qm̄ vt. d.
Hiero. ⁊ ponit̄ de cōse. di. 5. c. Nō mediocri
ter. Nō vbis tantū: sed corde orādus est de9.
Quapropter meliorē qnqꝫ psalmorꝫ decātatio
cū cordis puritate ac serenitate ⁊ spirituali hila
ritate: q̄ꝫ psalterij modulatio cū anxietate cor/
dis atqꝫ tristicia. Et ad hoc facit. c. nūq̄ꝫ. de cō
se. di. 5. ⁊. ca. quādo. de cōse. di. 1. Et ad ideꝫ
sunt apostoli vba. 1. Cor. 14. dicētis. Naꝫ si
orē lingua spiritus meus orat: mens aūt mea
sine fructu est. Quid ergo ē. Orabo spū ora/
bo ⁊ mente. Sed satis durꝫ hoc videt̄ quando
etiā ⁊ sancti viri orātes mētis euagationē pa/
tiuntur: s̄m illud p̄s. Cor meū dereliquit me.
Quō ergo q ipfecti sunt poterūt orando semꝑ
esse attēti. Et si oratio sine attentione ifructuo
sa est: qs poterit orādo mereri. Idcirco ad hoc
clare intelligendū tria sunt notāda. s̄m Rica.
Tho. ⁊ Alex. vbi supra. Primo notādū ꝙ
si adsit intentio debita ⁊ actualis in principio
orationis vocalis q̄ꝫuis postea nō ꝯcomitet̄. tm̄
oratio vocalis est meritoria ⁊ impetratiua ꝑ v
tutē prime intentionis nisi interrumpatur po/
stea ꝑ intentionē cōtrariā: sicut cuꝫ aliquis ex
bona intentione incipit peregrinari vel elemo
synā dare: totus actus sequēs meritorius ē v
tute prime intentionis: q̄ꝫuis cesset sua intētio
actualis. Secundū notādū ꝙ triplex est ora/
tionis effectus. primus merendi: ⁊ ad hūc ef/
fectuꝫ nō ex necessitate requiritur ꝙ attētio ad
sit orationi per totū: sed vis prime intentionis
sufficit vt dictū est. Secundus effectus ē ipe/
trandi: ⁊ ad hunc etiā sufficit intentio vt in pri/
mo. Tertius effectus est spiritualiter delectādi
inq̄ꝫtū orās spirituali delectat̄ cōtemplatōe dei
⁊ ad talē effectuꝫ necessaria est attentio: ⁊ q̄ꝫto
maior est: tāto maiorē delectationē ⁊ spiritualē
gustuꝫ sentit ille qui orat. Si tamē aliquis hoc
gustu bona intentione orās: eo ꝙ nō esset attē/
tus etiaꝫ contra voluntatē suaꝫ gauderet: non
propterea tāq̄ꝫ infructuosam orationeꝫ relinq̄
re dꝫ: quoniā rarissimi sunt q orādo semꝑ pos/
sint menteꝫ attentā habere. Ideo dicit̄ i legen/
da sancti Bern̄. ꝙ quadā vice cū ipse eqtans
in itinere cuidā rustico obuiasset: materia sic se
offerēte de cordis instabilitate i orone Bern̄.
cōquestus

conquestus est. Quod rusticus audiens mox
eū desperit ꝛ in orationibus suis cor fixū ꝛ sta/
bile dixit se habere. Volens aūt Berñ. eū cō/
uincere ꝛ a sua temeritate coercere dixit. Se/
questrare parump a nobis ꝛ tota qua poteris
attentione orationē dominicā inchoato: quā
si sine aliqua cordis euagatione finire poteris
equū cui insedeo ꝓculdubio tibi dabo. Tu aūt
mihi in fide tua spondeas ꝙ si aliquid ibidem
cogitaueris: hoc aliquatenus nō mihi celabis
Letatur ille ꝛ tanꝙ̄ se lucratū iam reputās au
dacter secedit. Et seipsum recolligens oratōē
dominicā dicere incoauit: vix autē orationis
expleuit dimidiū: ꝛ ecce importuna cogitatō de
sella cordi suo se ingerit vtrū habere eā debeat
cū iumento. Quod ille aduertens cōcitus ad
Berñ. rediit: ꝛ qd in ipsa orōne sollicite cogi/
tauerit indicauit: et de se vt prius temere nō p̄
sumpsit. Tertiū notādū ꝙ triplex est attentio
que orationi vocali pōt adhiberi. Vna quidē
qua attendit̄ ad verba ne qs in eis erret. Secū
da qua attendit̄ ad sensum verboꝝ. Tertia qua
attenditur ad finē orationis. s. ad deū ꝛ ad rē
propter quā oratur que est maxime necessaria
et hanc habere possunt etiā idiote. Quicūq3 er
go ad orationē accedit ea intentione vt hono/
ret deū: seq3 orando sibi subiiciat ꝛ cōmendet:
si dolens ꝛ male cōtentus mentis patit̄ vaga/
tionē nō perdit orationis fructū quātū ad ef/
fectū meriti ipetrationis: licet priuetur effectu
delectationis. Jccirco deponēdi sunt scrupuli
ꝛ extremitates ꝯscientie qb9 nōnulli diabolo in
stigante deuicti ab oratione desistūt existimātes
eo ꝙ attenti nō sunt inuaniū orationi vacare.

De ordine in oratione seruādo: ꝛ qualiter
possimus rogare sanctos tanꝙ̄ intercessores ꝛ
aduocatos nostros. Cap. .3.

TErtius modus in orōne s̄uādus dicit̄
ordinationis. Debet esse orō ordina/
ta vt orās intendat ipetrare a deo om/
ne donū qđ postulat: q2 vt ingt p̄s. Gratiā ꝛ
gloriā dabit dñs. Sanctis vō p̄ces sunt porri
gēde tāꝙ̄ intercessorib9 ꝛ aduocatis nr̄is apud
deū. Nā vt ingt Boñ. di. 45. quarti li. Deus
instituit ꝛ voluit ꝙ sanctos rogarem9 triplici ex
cā. Prima pp nostrā inopiā. Secunda pp
dei reuerentiā. Tertia pp sanctorū gloriam.

Prima pp nostrā inopiā siue in cōtēplā/
do siue in amādo siue in merendo. Sum9 ino
pes in cōtemplādo summā lucē q̄ ipse de9 est.
Sum9 inopes in amando: q2 miser hō magis
quādoq3 sentit se affectū ad vnū sanctū ꝙ̄ ad ip
sū deū. Sumus inopes in merendo: eo ꝙ exi
gua sunt ꝛ parua merita nostra. Jdeo de9 vo/
luit nos rogare sanctos vt in ipsis eū cōtemple
mur: vt per ipsos fiduciā habeam9 ꝛ p eoꝝ me
rita indigētiā nostrā suppleam9. Scđa cā est
pp dei reuerentiā: vt hō pctōr ad deū q̄si p re/
uerentia nō audiēs cōfugere iploret auxilium
amicoꝝ eius. Tertia cā ē pp sanctoꝝ gloriā:
vt ipse de9 glorificet̄ in sanctis suis quoꝝ amo
re deuotis eoꝝ grās dōa ꝛ bñficia plurima di
gnat̄ cōferre: neq3 audiēdi sunt illi q dicūt sup/
fluū esse ad sanctos p orationes cōfugere: quā
do ecclesia sanctis oratiōes porrigere cōsueuit.
Quinimo quottidie experimur quantū ꝓdest
nobis deuotionē sanctis dei exhibere: de qui/
bus dicit̄ in p̄s. Leuaui ocu. m. in. m. vn. ve.
aux. mi. Hiis nāq3 sanctoꝝ p̄cibus ꝛ p̄cipue
v̄ginis gloriose liberati sunt multi a piculis
maris. Alii ab vlceribus ꝛ egritudinibus de
spatissimis sanati. Alii a diaboli temptationi/
bus penitus mūdati. Alii ab infamiis crimini
bus falsis plene purgati. Alii a variis diuer/
sisq3 tribulationibus ꝛ angustiis ad quietē et
trāquillitatē pducti. Narrent ista q expti sunt.
Dicāt deuoti sancti Nicolai: sancti Francisci.
sancti Antonii: sancti Bernardini: sci Petri
martyris ꝛ alioꝝ sanctoꝝ qd acceperunt quid
obtinuerunt illos inuocando. Clament piissi/
me v̄ginis fideles deuoti quot munera di ad
inuocationē nominis Marie abūdāter ipetra
uerunt. De qua Bernardus ait. Jn piculis
in angustiis Mariā cogita Mariam inuoca.
Ergo simus ꝓmpti ꝛ fiducialiter orādo inuo
cemus scōs: quoꝝ p̄ocinio obtinere poterim9
hic grām: ꝛ in futuro gloriā: i qua viuit de9 tri
nus ꝛ vn9 p infinita secula seculoꝝ. Amē.

Sabbato post diē cineꝝ de ipedimētis ꝯriis
orōni pp q̄ orātes nō exaudiunt̄. Ser. .21.

Erat enim vent9 cōtrari9 eis.
Scribunt̄ h v̄ba
Marci. 6. c. ꝛ in euāgelio hodier
no. Cōqueruntur plurimi ꝛ qdem
absq3 vlla rōne ꝙ in suis orōnib9
nō exaudiunt̄ a deo nec ipetrant orando qđ vo
lunt. Sed nō intelligunt ꝙ vt Augu. ingt. 16.
q. 1. c. decime. Bñ facere deus semp ē ꝓmpt9
s3 hoīū malicia ꝓhibet̄. Cessante ergo ex pte
hominū defectu nō ē correpta ad dandū ma/
nus omnipotentis dei liberalissima. Querit
nāq3 ipse vt sua beneficia eroget mentes no/

stras bñ dispositas. Unde naufragiū timēti/bus discipulis in nauicula constitutis: sicut in euāgelio hodierno legit̃ xp̄s dixit. Confidite. Nā ꝓpterea iminebat eis periculū ⁊ cōtraria/bant̃ venti: q̃r erat cor eoꝝ obcecatū: nec vt de/cebat cōfidebāt i ꝟtute magistri sui. Sic ⁊ orā tibus euenire solet ꝙ quādoq3 nō exaudiunt̃: qm̄ nō erāt cū ea spe ⁊ fiducia quā hr̄e debēt in benignissimo deo. Uerūtamē vt magis getet̃ animus eoꝝ q dolent ꝙ eorū p̄ces de⁹ nō iplet in presenti ſmone de impedimētis orationis erim⁹ tractaturi: videbimusq3 qualia sint ipedi menta que contrariant̃ orantib⁹ ne exaudiant̃: sicut venti cōtrariabant̃ in mari discipulis: et notabim⁹ tria principalia impedimēta.

Primum dicitur iniusticia.
Secundum dicitur iniquitas.
Tertium dicitur impatientia.

Quod pp iniusticiam vel orantis vel ora/tionis vel eoꝝ ꝑ qbus orat̃ quādoq3 de⁹ ora/tiones nō exaudit. Capitulum primum.

mulus q̄dē occidit fratrē Rhemū vt solꝰ regna
ret. Julius cesar Pompeiū ē semp ꝑsecutus
vsqꝫ ad mortē: cū quo plurima bella gessit cupi
ditate īperij. Absalon suū p̄rem Dauid tēpta/
uit pellere regno vt rex ipse ꝑficeret̄. Et q̄d hi/
storias q̄rumꝰ q̄n clara sunt oīa bella q̄ fuerūt in
mūdo vsqꝫ nūc: nec dubiū ē illa fuisse ꝓ maiori
p̄te cōfecta ex liuore ampliādi dn̄ia. Propte/
rea Ninꝰ rex assirioꝝ bellis vexauit ꝓuincias.
ꝓpterea magnꝰ Alexāder duxit exercitū ex/
tra patriā ꝯtra dariū: imo cōtra oēs reges oriē
tales. Propterea martiales romani semp fue/
rūt ī bello ab vrbe cōdita vsqꝫ ad tēpora Cōstā
tini: habueruntqꝫ bella plurima aduersus sabi/
nos cōtra volscos corilanos. veios. faliscos.
pelignos picētes. sanites. tarētinos. carthagi
nenses. hyspanos. mitridatē. egyptū. germa/
nos. cymbros. ⁊ parthos. Et vt breuiter dicaz
cōtra totū mūdū. Et q̄s enumeret q̄ꝫtus hoīuz
sanguis in tot ꝑlijs sit effusus: quot milia mi/
liū sint extincti. quot ciuitates depopulate. quot
violate ꝟgines. quot vtriusqꝫ sexus ꝑcio venū
dati. O ābitio tātoꝝ scelerꝝ mr̄. o venenosa ra
dix ex q̄ facile ꝓdit oīs facinoris germē. o bo/
noꝝ moꝝ diss patrix. o inimica iusticie. o semi
natrix odioꝝ. o fons oīs scādali. o cōfusio reli
giosoꝝ. o turbatrix ecclesie. o desolatrix ciuita
tū. o deniqꝫ destructrix generis humani. Pro
pter ambitionē nāqꝫ vir pōt aliq̄s ꝑ viā rectaz
incedere ⁊ q̄nqꝫ imo multotiēs q boni credunt̄
⁊ sancti ꝓpter ābitionē efficiunt̄ reprobi ⁊ dia/
boli filij. 2º abomināda est ambitio: q̄ꝛ q̄libet
iustus eā fugit. Dn̄s nr̄ iesus xp̄s cū facto mi/
raculo de q̄nqꝫ panibꝰ voluissent eū sibi regez
facere: aufugit vt habet̄ Joh. 6. Moyses cum
eēt annoꝝ. 83. ⁊ mitteret̄ a dn̄o vt eēt dux po/
puli israel multū excusauit se. d. q̄ eēt īpeditio/
ris lingue. Exo. 4. c. Hieremias cū mitteret̄
a dn̄o: ⁊ constitueret̄ sup reges ⁊ regna ad an/
nūciādū ꝟbū dei subtrahebat se. d. ha. ha. ha.
dn̄e deꝰ noster nescio loq. Hiere. i. c. Marcꝰ
euāgelista vt sacerdotio inhabil' eēt amputauit
sibi pollicē. Greg. magnꝰ a clero ⁊ populo ac
clamatus in papā occulte fugit. Ambrosius ne
ꝓmoueret̄ in archiep̄m magnā resistentiā fec̄.
Et sic oēs boni ⁊ iusti viri ambitionē sunt de/
testati. Tertio abomināda ē ambitio: q̄ꝛ qetez
mentis tollit. Semp. n. ambitiosi habēt ī cor/
de ignē: semp sunt ī cogitatōibꝰ: semp ī deside
rijs martyres nō dei sꝫ ꝑncipis tenebrarum.
Propterea Bern̄. li. 3. de cōsideratōe ad Eu
geniū ait. O ambitio ambiētiū crux: quō oēs
torques: oībꝰ places. Nil acriꝰ cruciat nil mo/
lestiꝰ inq̄etat nil tā apud miseros mortales cele
brius negocijs eiꝰ. Et idē ī s̄mone. 40. Am/
bitio subtile malū secretuz ꝟtus pestis occulta
doli artifex mater hypocrisis liuoris parēs vi/
tioꝝ origo tinea sanctitatis execatrix cordiuz. h̄
ille. Propter h̄ itaqꝫ omnia vitari dꝫ ambitio
vt sic obtineri possit ꝑ humilitatē diuina gr̄a ⁊
in fine sempiterna gloria ī qua viuit regnatqꝫ
gloriosus deꝰ ꝑ infinita secula seculoꝝ. Amē.

Feria q̄nta secūde hebdomade in q̄dragesi/
ma. de vitio vane glorie: quo laborabat diues
ille dānatꝰ: ⁊ q̄d plurimū timere debēt penitē
tes: q̄ꝛ oriri solet maxime ex operibus bonis.

Sermo. 35.

Induebantur purpu/
ra ⁊ bys/
so. Verba sunt redēptoris nostri
originaliter. Luce. 16. c. ⁊ ī euā/
gelio hodierno. Audiuimꝰ ex le/
ctione sancti euāgelij dānatū fuisse diuitē ī in/
ferno: nō q̄ꝛ diuitias possidebat: sꝫ q̄m male il/
lis vtebat̄. Erat eniz crudelis ꝓximis ⁊ Laza
ro mendico: cuiꝰ vlcera canes lingebant aīalia
bruta: ipse hō nullā pietatē exhibebat. Consti/
tuerat finē suū ī copia bonoꝝ tēporaliū: ⁊ ꝑꝑ il
la superiorē nō cognoscebat deū. exaltabat se/
ipsuz ⁊ elatus corde cupiebat honorari. Et ꝓ/
pterea induebat̄ purpura ⁊ bysso gloriā q̄rēs ī
excessiuo ornatu ⁊ imoderato. Et q̄m plurimi
sunt illiꝰ diuitis sequaces ⁊ imitatores q omne

desideriū suū inflāmant ad hanc gloriā tpalem inanē ꝛ vacuā: iccirco in p̄senti sermone de vane glorie vitio aliqua discutiemus: de qua tria mysteria occurrūt declaranda.
Primū dicitur diffinitio.
Secundum detestatio.
Tertium generatio.

Quid sit vana gloria: ꝛ quō differt a gloria sancta que esse potest in bonis ꝛ virtuosis: et a gloria beata. Capitulum. .I.

Primū mysteriū de vana gloria dicit᷑ diffinitio in quo qd sit vana gloria videamus. Et Alex. in. 2. summe diffinit eā sic. d. Vana gloria ē appetit⁹ inordinat⁹ ꝛ inordinata delectatio humane laudis. Nam gloria claritatē quādā significat. Vn̄ glorificari idē ē qd̄ clarificari. vt Augu. dicit sup Joh. Et ambro. in li. de officijs. Gloria ē clara cū laude notitia. Et Tullius in rhetoricis. Gloria ē frequēs d̄ aliquo fama cū laude. Laus vo vt Ar. d. p̄. rhetoricoꝝ. ē s̄mo elucidās magnitudinē v̄tutis. Ideo nomē glorie iportat manifestationē alicuius de hoc qd̄ apud hoies de coꝝ videt᷑ siue illud sit aliqd̄ bonū spirituale siue temporale. Possum⁹ tn̄ p clariori intelligētia distinguere triplicē gloriā. Pria dicit᷑ beata. Secūda sancta. Tertia. vana. Prima ē gloria beata de qua in p̄s. Gloria ꝛ diuitie in domo ei⁹. Et p̄s. 149. Exultabūt sancti i gloria. Et de hac diffusius loco suo dicem⁹. Secūda ē gloria sancta: ꝛ h̄ s̄m Tho. 2. 2. q. 132. ē cū qs cognoscit bonū suū dignū laude ꝛ approbat illud cupiēs ab alijs laudari: aut ꝓpter diuinū honorē: aut pp p̄ximoꝝ salutē. Nam s̄m Alex. laudari ꝓpter deū ꝛ ꝓpter bonū p̄ximi nō ē aliud q̄ȝ deū laudari in nobis. Vnde nō errat᷑: ſ; sancte appetit᷑ gloria cū virtuose viuit᷑ ꝛ nō cōstituit᷑ ibi finis. Ad hāc hortat᷑ nos xp̄s dicēs. Math. 5. Sic luceat. l. u. c. h. vt. ui. bo. opa. u. ꝛ glo. p. u. q in. ce. est. Et. i. Corin. x. Sine offensione estote iudeis ꝛ gentib⁹ ꝛ ecclesie dei: sicut ꝛ ego oibus p oia placeo: nō querens qd̄ mihi vtile ē: ſ; qd̄ multis: vt salui fiāt Et Ro. 12. Prouidētes bona nō tantū coraȝ deo: sed etiā corā oibus hoibus. ꝛ Eccle. 41. Curā habe de bono noie. Et prouer. 15. Fama bona ipinguat ossa. Et Ouidi⁹ li. de tristibus Deniq; nō paruas aio dat gloria vires. Et fecunda facit pectora laudis amor. Ideo. Aug. in s̄moē de cōfes. Solet mouere charissimi q; dn̄s noster iesus xp̄s in s̄mone euangelico cuȝ prius dixisset. Luceat lux vestra corā hoib⁹ vt videāt vestra opa bona ꝛ glorificent patrē vestrū q in celis ē. postea dixit. Attēdite ne iusticiā vestrā faciatis corā hoibus vt videamini ab eis. Turbat᷑. n. mens paꝝ intelligētis ꝛ p̄cepto vtriq; obaudire cupientis ꝛ p diuersa ꝛ aduersa distendit᷑. Tā nemo enim pōt q̄ȝuis vni dn̄o obtemperare repugnātia iubenti q̄ȝ nemo pōt etiā duob⁹ dn̄is s̄uire. qd̄ eodē s̄mone saluator ipse testat⁹ est. Quid ergo faciat animus nutās cū se obtempare nō posse existimat: ꝛ nō obtempare formidat. Si enim opa sua in luce posuerit hominib⁹ intuēda vt faciat qd̄ p̄ceptū ē. Luceat lux vestra corā hoib⁹: reū se teneri arbitrabit᷑ quasi cōtra p̄ceptū fecerit: vbi dicitur. Attendite ne iusticiā vestrā faciatis coraȝ hoibus vt videamini ab eis. Qui autē recte intelligit vtrūq; iplet ꝛ s̄uiet vni verissimo dn̄o qui s̄uū pigrū nō dānaret si ea q̄ nullo mō poterat impetraret. h̄ ille. Et ibi cōcludit dicēs. Intentio q̄ppe cordis humani quo dirigat᷑ ꝛ qd expectet intuendū ē. Ex qb⁹ omnib⁹ colligit᷑ q; nō sunt v̄tutis opa p̄termittēda quoniā ad illa sequit᷑ laus multoꝝ ꝛ redundāt in virtuosoꝝ famā: dūmō ibi intentio nō cōstituat finē suum. Tertia ē gloria vana q̄ secundū Alex. ꝛ Bona. vbi. s̄. pōt esse triplex. Primo ex pte rei, p qua qs gloriā q̄rit. vtputa siqs gloriā quereret de sapientia quā nō habet ꝛ huiusmodi. vel de eo qd̄ ē peccatū. Propter qd̄ in p̄s. d̄r. Quid gloriaris in malicia. Vel cū querit gloriā de eo qd̄ nō ē gloria dignū: vt de diuitijs. de pulchritudine. de dominijs ꝛ huiusmodi. de qb⁹ nō ē gloriandū eo q; trāsitoria sunt caduca ꝛ vana. Vnde Esa. i. dicit᷑. Omnis caro fenū: ꝛ ois gloria ei⁹ quasi flos agri. Secūdo gloria ē vana ex pte ei⁹ a quo qs gloriā q̄rit. puta ab hoie principaliter cuius iudiciū nō est rectū. Vn̄ in psalmo. Maledicta ossa coꝝ q hominib⁹ placēt supple cū ponit᷑ ibi finis. Tertia gloria est vana ex pte ei⁹ q gloriā appetit: q videlicet appetitū glorie sue nō refert i debitū finē: puta ad honoreȝ dei ꝛ p̄ximi salutē. Nā omnis gloria finaliter ad deū est referēda. Vn̄ Dauid in p̄s. Nō nobis dn̄e non nobis sed nomini tuo da gloriā. Et christ⁹ Joh. 10. Ego gloriā meā nō q̄ro. Si ego gloriā meā q̄ro gloria mea nihil ē

Qd̄ fugienda ē vana gloria: tū quia p illam offenditur deus: tū quia homo per eā spiritualiter infatuatur: tum etiā quia omnes iusti ipsaȝ conati sunt vitare. Capitulum. .2.

Secundū

Secundū mysteriū declarādū de vana
gloria dicitur detestatio. Est siquidez
vitium graue ⁊ de testabile ꝑpter tria.
Prīo ꝑpter offensionē. Secūdo propter in/
fatuationē Tertio propter exēplationē. Pri
mo vana gloria ē vitiū graue ⁊ detestabile ꝑꝑ
offensionē: qꝛ per illam offendit̄ deus. Notā
dum autē secūdum Bon̄. vbi supra. ꝙ aliquā
do est peccatū veniale: aliquādo mortale. Ve
niale ē cum ex subito motu trahitur anim⁹ ad
ꝑpriā laudem ⁊ gaudet de bona hominū opi/
nione: tn̄ cū ratio excitat̄ stati reꝑmit ⁊ subiicit
motū illū recognoscēs deuz ⁊ illi se humiliās
Difficile nāqz est primis motibus glorie vt nō
veniāt posse resistere: qa vt dicit Seneca ad
Lucillū. Nulla est taz excelsa virtus que dulce
dine glorie n̄ tāgatur. ⁊ Hieronim⁹ ad Sabi
nianū. Naturali ducimur malo ⁊ adulatorib⁹
nostris libenter fauem⁹. ⁊ q̄zq̄z respondeam⁹
nos indignos ⁊ calidus rubor ora perfudant:
tamē ad laudem suam intrisecus letat̄ anim⁹
Et Criso⁹. d. sup Math. Cū cetera vitia locū
habebant in seruis diaboli: inanis gloria locū
etiā habet in seruis xp̄i. Si ergo amor hūane
glorie q̄zuis sit inānis nō repugnat charitati ne
qz q̄ztū ad id de q̊ est gloria neqz q̄ztū ad inten
tionem gloriā q̄rētis nō est peccatū mortale: sꝫ
veniale. Peccatū autē mortale est vana glīa
quādo c̄riat̄ charitati dei dupliciter. Vno mo
do ratione materie de qua quis gloriat̄: vtputa
de aliquo falso qd̄ c̄riat̄ diuine reuerētie. fm
illud Ezech. 28. Eleuatū est cor tuū ⁊ dixisti.
De⁹ ego sū. Vel cū qs bonū tp̄ale de q̊ glīat̄
p̄fert deo. aut etiā cū qs prefert testioniū homi/
nū testimonio dei. sicut cōtra quosdā dr̄ Joh.
12. Qui dilexerūt magis glīam hominum q̄z
gloriaz dei. Alio mō cōtrariat̄ charitati ex p̄te
ipsius gloriātis qui itētionē suā refert ad glo
riā tanq̄z ad vltimū finē ad quē etiā ordinat v̄
tutis op̄a: ⁊ ꝑ illo cōsequēdo nō p̄termittit fa/
cere etiā ea q̄ sūt contra deū. Sic faciebant anti
qui romani de qbus dicit Aug⁹. 5. de ci. dei.
c. 12. Veteres igit̄ primiqz romani q̄ztū eorum
docet ⁊ cōmēdat historia q̄zuis vt alie gētes ex
cepta vna populi hebreorū falsos deos colerēt
⁊ nō deo victimas: sed demoniis imolarent:
tn̄ laudis auidi pecunie liberales erāt: gloriaz
ingentē diuitias honestas volebāt. Hāc ardē
tissime dilexerūt: ꝑpt̄ hāc viuere voluerūt: ꝑ
hac mori nō dubitauerūt: ceteras cupiditates
huius vnius ingēti cupiditate presserūt. hec il

le. 2°. vna glīa ē vitiū g̃ue ⁊ detestabile rōne
infatuationis. qꝛ in hoc vitio magna est fatui
tas: quā dn̄s explicauit Math. 25. in parabo
la de decē v̄ginibus quaꝝ qnqz erant fatue: ⁊
qnqz prudentes. Et prudentes intrauerūt cuz
spōso ad nuptias: fatue vo licet essent v̄gies
qꝛ tn̄ oleū recte itētiōis ad dei gloriā nō habe/
bāt: excluse fuerūt a spōso. Pro qb⁹ dic̄ Gre.
i omel̄. Sepe vos fratres charissimi admoneo
praua op̄a fugere: mūdi hui⁹ inquinamenta de
uitare: sꝫ odierna sci euāgelii lectione compel/
lor dicere: vt bona q̄ agitis cū magna cautela
timeatis: ne per hoc qd̄ a vobis rectū geritur:
fauor aut gratia hūana requiratur: ne appetitus
laudis subrepat: ⁊ quod foris ostendit̄ intus a
mercede euacuet̄. Ecce eni redemptoris voce
dec. v̄gines: ⁊ oēs dicuntur v̄gines: ⁊ tamē
intra beatitudinis ianuā non omnes recepte:
qꝛ eaꝝ quedā dū de v̄ginitate sua gloriā foris
expetūt oleū i vasis suis habere noluerūt. 3°.
detestabile ē ⁊ graue vitiū vane glorie propter
exēplationem. Oēs qdem sci dederūt nobis
exēplum vanā gloriā fugiendi: vt patet in eoꝝ
gestis. Cicero etiā. i. de officiis. d. Cauenda ē
glorie cupiditas. Eripit eni animi libertatē: ꝑ
qua magnanimis viris omnis debet esse con/
temptio. i. cōtemptus. Legimus in vitis patꝝ
ꝙ cū quidā senex in spelūca requiesceret rogatus
est multis p̄cibus a quodā seculari vt veniret
orationē facturus super filiū suum defunctuz.
Cūqz ille iret occurerūt multi cū lampadibus i
eius occursum: qꝛ homo sanctus erat. Quod
cum percepisset senex finxit se esse stultū ⁊ ex/
polians vestimenta sua in flumen descendit ⁊
stans lauabat ea nudus. Secularis autez ille
erubescēs dixit populo. Reuertimini senex no
ster infatuatus est. Et veniēs ad senez inter/
rogauit cuz. d. Quare sic fecisti: qa oēs dicūt:
demoniū habet senex. Qui respondit. Et ego
volebam hoc audire: ⁊ sic rediit in speluncam
suam. Similiter fecit beatus frater iuniperus:
de quo sepius sanctus Francisc⁹ dicebat. Vti/
naz multi essent tales iuniperi in hortis nostris
Cū ergo semel p̄fatus iret romam ⁊ multi ob/
uiā ei venirent ꝑꝑ famam sanctitatis sue: eos
declinare volēs iunxit se ad ludendū cuz vno
puero ad vnā tabulam: que duz leuabatur de
vno capite deprimebatur in alio. Qd̄ illi vidē
tes reputauerūt eum leuez ⁊ fatuum. Ipse vo
sub illa specie vanam gloriā euitauit.

Qd̄ ex vana gloria generantur septē pec/

caza que dicent septē eius filie. Cap̄.3.

Ertium mysteriū declarādū de vana
gloria dicitur generatio. Secundum
. eniz Grego. 2i. moral. Inanis glīa
generat septē filias. Prima est iactantia: secū
da est p̄sumptio nouitatum. tertia hypocrisis.
quarta pertinacia. quinta discordia. sexta con
tentio. septima inobedientia. Naz vt dicit Tho.
ibi supra. Vitia illa que de se nata sunt ordi/
nari ad finē alicuius vitii capitalis dicunt filie
eius. Finis aūt ianis glie est manifestatio p/
prie excellētie ad quā pōt hō tendere dupliciter
Vno mō directe: alio mō idirecte directe siue
p vba: ⁊ sic est iactantia: siue per facta ⁊ si sint
habentia aliquam admirationem: est presum/
ptio nouitatū quas hoies solēt magis admirari
Si aūtē facta sint simpliciter: sic ē hypocrisis
Alio mō nitit qs manifestare suā excellētiam
indirecte oñdēdo se nō esse alio minorē: ⁊ h̄ q̄
drupliciter. p̄ q̄ztū ad intentionē: ⁊ sic est ptina
nacia p quam hō nimis initit sue sciētie nolēs
credere meliori. Scdo q̄ztū ad volūtatē: ⁊ sic ē
discordia dū nō vult a ppria volūtate discedē
vt aliis concordet. Tertio q̄ztū ad locutionē: ⁊
sic ē cōtentio: dū aliquis verbis clamorosis c̄
aliquē littigat. 4 . quātū ad factū: ⁊ sic ē inobe/
dientia: dū. s. aliquis nō vult exequi supioris p̄
ceptuz . Nos aūt tres tantuz filias primas. s.
tria peccata declarabim⁹. Primū est iactātia.
Scdm nouitatū p̄sūptio. Tertiū hypocrisis.

Primū est iactātia de qua dicit. Ari. in. 4.
ethicoz. q ē ostētatio pprie laudis cū veritas
nō suadet. Nā sicut cū aliqs a longe vult iacta
re aliqd manū in altū leuat ita q cupit se lauda
re vbis in altū extollit. Contra q dicit p v.
27. Laudet te alien⁹ ⁊ nō os tuū: extraneus ⁊
nō labia tua. Et Tulli⁹ in p̄ d officijs ait. Tur
pe ē de seipso p̄dicare p̄sertiz falsa. Notādū tn̄
q aliqs pōt seipsum laudare tripliciter. p̄ me
ritorie. Secūdo venialiter. Tertio mortaliter.

Prio meritorie: ⁊ hoc adhuc tripliciter: aut
pp̄ter charitatē dei: aut pp̄ter charitatē proxi
mi: aut pp̄ter charitatē sui. Prio pp chari/
tatē dei. cū. s. qs bona ppria laudat nō pp iactā
tiā: sed vt p illis referat gratias deo sicut glo/
riosissima vgo in cātico suo dicebat. Luc. 2.
q2 fec. hu. a. s. e. e. ex. h. b. m. d. o. g. qa. f. m.
m. q. p. e. ⁊. s. n. ei⁹. Hoc ē qd Cyprian⁹ i epi
stola ad Donatū ait. Odiosa iactatio est q̄zuis
nō iactatū eē possit sed gratū qcqd nō hois v/
tui ascribit: sz de dei munere p̄dicat. Scdo

pōt aliqs cū merito laudare seipsuz pp primi
charitatē. Est eniz qñqz necessariū ad reprimē
das detractōes ⁊ falsas criminatōes maloz p/
same pprie cōseruatōe enarrare suas vtutes:
q2 vt scribit. 6. q. i. c. Sūt plurimi. Vex mani
festū ē diabolū q sicut leo rugiens circuit q̄rēs
quē deuoret cordib⁹ plebiū suadere vt doctori/
bus suis atqz pastorib⁹ detrahāt: vt plebes lan
guescentes nō tenentib⁹ pastorib⁹ frena eaz la
sciuiant atqz i ima ruant. Ideo Aug. i2. q. i. c.
nolo. dicebat. Cōscientia necessaria ē mihi fa/
ma primo. In smōe quodā q legit i festo eius
dez ipse ait. Charitati vr̄e de nobis ipsis ho/
die smo reddēd⁹ ē. Quia. n. vt ait apl's. Spe/
ctaculū facti sum⁹ mūdo ⁊ angelis ⁊ hominib⁹
Qui nos amāt q̄rūt qd laudēt in nobis. Qui
nos oderūt q̄rūt qd detrahāt nobis. Nos aūt
in vtroqz medio cōstituti ⁊ vitā ⁊ famā deo ad/
iuuāte sic custodire debem⁹: vt nō erubescant
de detractorib⁹ laudatores. Et pau. 2. Cor. xi.
⁊. i2. c. multis laudib⁹ p̄dicat seipsuz nō pp ina
nē gloriā: sz pp Corinthioz salutē. Nā vt inqt
Hiero. in argumēto in epl'a ad Corinthios.
Corinthij sunt achaici: ⁊ hi ab apostolo audie/
runt vba vitatis ⁊ subuersi sunt multipharie
a falsis apostolis. Quidā a philosophie vbosa
eloquētia: alij a secta iudaice leges iducti. Hos
reuocabat apl's ad verā ⁊ euāgelicā sapientiā:
h̄ ille. Quoniā vo multi illoz multa dixerunt
Paulo detrahēdo: ex opposito ipse multa loqt
seipsuz laudādo. 3° pōt qs cū merito laudare
seipsuz pp charitatē sui: vt cōsolet seipsuz: qñ ē
in aliq̄ tribulatōe posit⁹: sicut dicebat Job. 29.
c. de se loquēs cū amicis suis. Oculus fui ceco
⁊ pes claudo pr̄ erā pauper. 2° pōt qs lauda
re se venialiter: cū aliq̄ de se dicit ex q̄daz animi
leuitate q̄ nō sunt cōtra charitatē dei nec primi
3° pōt qs laudare se mortalit: ⁊ h̄ ē scdz Tho.
2 2. q. 112. ⁊ sm Alex. i. 2. summe. cū qs lau/
dat se de eo qd est cōtra gloriā dei: vt puta d ali
quo pctō mortali etiā si dicat vitas: aut cuz qs
nimis supbe pfert de se falsa: vt decipiat pri/
mos vel cā cupiditatis vel glorie: aut cū qs re/
fert aliq̄ de se in expressaz primi cōtumeliā sic
faciebat goliath p̄mo regū. 17. q dicebat. Ego
reprobaui agminib⁹ israel hodie. Et sic pctm̄
ē his modis iactātia: ita etiā ⁊ ironia q̄ ē cū qs
de se minora dicit vt reputet bon⁹. Q d scdm
Tho. 2. 2. q. 113. pōt dupliciter fieri. Vno mō
cū vitate vt si qs est ignorās ⁊ huiusmodi: ⁊ sic
nō est peccatū nisi per alicuius circunstātie coz
ruptionem

ruptionē. Alio modo cū falsitate: cū aliquis di
cit illud qđ in se nec recognoscit nec credit: vt si
vir doctus dicat se indoctū: aut fortis dicat se eē
debilē ꝛ similia: ꝛ sic pertinet ad peccatū. Vn/
de Augustin⁹. 22. q. 2. c. cū humilitatis. Cuz
humilitatis causa mentiris si nō eras peccator
anteꝗ̄ mentireris: mentiēdo efficeris qđ vita/
sti. Veritas nō est in te nisi ita te dixeris pecca
torez vt etiā esse cognoscas. Et idē in. c. nō ita
Nō ita caueatur arrogātia vt veritas relinqua
tur. Et Gregori⁹ ibidē in. c. incauti. ait. In
cauti sunt humiles q se mentiēdo illaqueāt. hec
ille. Debet tamē vnusquisqꝫ semp estimare se
peccatorē: ꝛ si non inueniat peccata de quibus
possit se excusare saltē sciat q̄ nullus potest deo
ita perfecte seruire quin i aliquo deficiat. Pro
pterea dicitur dis. 5. in. c. ad eius. Bonarum
mētiū est ibi culpā timere vbi culpa nō ē. Se
cundū peccatū quod ex vana gloria nascitur ē
presumptio nouitatū. Et consistit in hoc q̄ ali/
quis in actibus exterioribus aliquid inconsue
tuz facit sine causa rationabili. Sic sunt inuen/
tores nouitatuz qui nouos modos aut cerimo
nias ſm suuz caput in dei cultu aut in diuinis
officijs adinueniunt. Pro quib⁹ dicitur. 2. q.
5. c. cōsuluisti. Quod sanctoꝝ patruz documē
to sancituz nō est: superstitiosa adinuentōe non
est presumendū. Sic sunt inuentores nouita/
tum clerici qui in officiando obmissis antipho
nis vt placeant populo cantant diaboli cantica
in qbus omnia sunt vana mundana atqꝫ lasci/
ua: ꝛ gloriātur in suo cantu artificioso ꝛ modu
lato. Cōtra quos est. c. cū aūt. ꝛ. c. cantantes.
92. di. in. c. vero in sancta. Grego. ait. Deuz
manibus stimulat idest ad irā prouocat q po/
puluz vocibus delectat. Sunt inuentores no/
uitatū religiosi qui nō cōtenti ꝯmunib⁹ ordina
tionibus aliquid singulariter agere volūt i orā
do comedēdo loquendo: ꝛ in alijs austeritati/
bus vt pre ceteris reputentur. Sꝫ tales cōfusi
remanent nisi speciali instinctu moueanť: sicut
Dominicus ꝛ Franciscus ꝛ alij. Sunt ꝛ ꝗ̄/
plures alij in quolibet genere hominū etiaz et
mulieꝝ qui ꝓpter superbiā presumunt semper
vt singulares videāť adinuenire noua. Ter
tiuz peccatū quod ex vna gloria nascitur est hy
pocrisis. Et vt dicit hysidorus ethimolo. Hy
pocrita greco sermone in latino simulator iter/
pretatur qui duz intus est malus bonū se palā
ostendit: nā in eo est defectus sanctitatis ꝛ bo/
nitatis: ꝛ tamē simulat ipsam. Alex. in. 2. Hy
pocrisis est amor apparentis bonitatis ꝓpter
se. Hoc vituz maledictū impugnať a tribus.
Primo a philosophis. 2° a sanctis. 3° a xp̄o.
primo a ph̄is. Scribit eniz Ar. i. elēcorū. Qui
busdaz est magis operepreciū videri eē sapien/
tes ꝗ̄ esse ꝛ nō videri. Et Sen̄. ad Lucillum
Qđ loquimur sentiam⁹: cōcordet ſmo cū vita
Et idē ad eundē. Virtutez bona sequiť fide q
se nō exornat ꝛ pingit. Sed idē siue ex denu/
dato videať siue imperat⁹ ac subito nihil simu/
lando ꝓficit. Veritas in omnē partē sui eadez
est. Et idē ad eundē. Multomagis ad rē per
tinet qualis tibi ꝗ̄ q̄lis alijs videaris. Et idez
ibidem. Malū vbi se bonū simulat tūc est pessi
mū. Et iteꝝ ad eundez. Illud te admoneo ne
eoꝝ more qui nō proficere sed conspici cupiu
facias aliqua que in habitu tuo aut genere vi
nobilia sint. Et Tullius in li. de offi. Totius
iniusticie nulla capitalior est ꝗ̄ eoꝝ qui cū ma/
xime fallunt id agunt: vt boni viri esse videan/
tur. Et iteꝝ in eodem li. Ficta omnia celeriter
tanquā flosculi decidunt: nec simulatum quic/
quā pōt esse diuturnū. Et Oratius. Nūquaz
te fallant animi sub vulpe latentes. Impia sub
dulci melle venena latent. 2° reprobať ꝛ im/
pugnať hypocrisis a doctorib⁹ ꝛ sanctis. Vn/
de sapiens Ecc. i. ait Ne fueris hypocrita i cō
spectu hominuz. Et Job. 8. Spes hypocrite
peribit. Et. 20. Gaudiū hypocrite instar pū/
cti. Et Esa. 9. Omnis hypocrita est nequam.
Et Augustinus super ps. 63. simulata equi/
tas nō est equitas: sed duplex iniquitas: quia ꝛ
iniquitas ꝛ simulatio. Et Criso. sup Mathe.
Nulla res sic exterminat bonuz sicut simula/
tio. Nā malū sub specie boni celatū dum non
cognoscitur non cauetur. Et Petrus rauen̄.
in quadā sermone. Hypocrisis subtile malū
secretū virus venenū latens tinea sanctitatis.

Tertio reprobať hypocrisis a domino iesu
christo quem sepe inuenimus cōtra hypocri/
sim reclamasse. Vnde Mathe. 5. dixit. Cuz
facis elemosynaz noli tuba canere ante te sicut
hypocrite faciunt. Et Mathe. 6. ca. Cum ie/
iunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. Et
Math. 23. Veh vobis scribe ꝛ pharisei hypo
crite qui clauditis regnum celorū ante homi/
nes. Vos enim nō introitis nec introeuntes
sinitis intrare. Quod dictum est eo q̄ scribe
erant doctores legis ꝛ pharisei erant religiosi
apparentes boni: existentes mali: quibus si/
miles sunt hodie multi. Et pro his. d. Au/

gustinus.83.di.in.c.nemo. Nemo nocet in
ecclesia ampliꝰ q̄z q ꝑuerse agens nomē vel or/
dinē sanctitatis ⁊ sacerdotis habz. Et iterum
Math.23.xp̄s ait. Veh vobis scribe ⁊ phari
sei hypocrite q comeditis domos viduaꝝ ora/
tiones longas orātes. Istis similes sunt ho/
die qui ꝑmittunt dicere missas ⁊ psalteria.et
plures oratōes vt accipiāt bona alioꝝ. Et ite/
ruz subdit xp̄s. Veh vobis scribe ⁊ pharisei hy
pocrite q circuitis mare ⁊ aridā vt faciatis vnū
proselitū: ⁊ cū factꝰ fuerit facitis eū filiū gehēne
duplo q̄z vos. Proselitus dicebat̄ q ex gentili
tate conuertebatur ad iudaismū: ad qđ multuz
pharisei laborabāt ꝓpter inanē gloriā: sic ho/
die faciūt multi religiosi ⁊ p̄dicatores q passim
⁊ indistincte induūt habitū religionis vel tertij
ordinis quoscūqz viros vel mulieres ⁊ multi/
plicant gentē: sed nō magnificāt leticiā. Et ite/
ruz xp̄s ibi dicit. Veh vobis scribe ⁊ pharisei
hypocrite q decimatis mentā ⁊ anetū ⁊ cymi/
nū: ⁊ religstis que grauiora sunt legis: iudiciū
⁊ misericordiā ⁊ fidē. Similes sunt hodie illi q
curant de quibusdā leuibꝰ: vtputa fratres mi/
nores magnū peccatū reputantes si qs pro ne
cessitate portaret duas tunicas aut ferret calcia
menta ⁊ similia: ⁊ tamē de odio ꝓximi: de iu/
dicijs falsis: de detractionibus venenosis: de
liuore inuidie: de fastu arrogātie: de spiritu p̄/
sumptōis: de ambitōe honoris ⁊ huiusmodi:
aut nihil aut paꝝ curāt. Sequit̄ ibi xp̄s. Veh
vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite q mundatis
qđ deforis ē calicis ⁊ ꝑapsidis: intus autē ple/
ni estis inmundicia ⁊ dolo. Et iteꝝ ibi. Veh vo
bis scribe ⁊ pharisei hypocrite q similes estis
sepulchris dealbatis q̄ foris parent hominibꝰ
speciosa: intus vo plena sunt ossibus mortuo/
ruz: ⁊ omni spurcitia. Et iteꝝ. Veh vobis scri
bue ⁊ pharisei hypocrite q edificatis monumē
ta prophetaruz: patres autē vestri occiderūt il/
los. Ex quibus omnibꝰ habet̄ q̄z acriter q̄z ue
duriter ꝓpter hypocrisiz increpabat phariseos
xp̄s. Modernis aūt temporibꝰ o q̄ta diceret
si nūc sicut tunc conuersaretur in terra. Et qs
explicet quantus sit hodie hypocritaꝝ nume/
rus: quāta vitia peccata ⁊ scādala sub specie san
ctitatis ⁊ bonitatis fiunt. O deus meus tu vi
des omnia. Facile est decipere indoctas ple/
bes que exteriora tantū cōsiderāt. Sed tu itue
ris ⁊ penetras etiā intima cordis. Audeo dice
re q̄ in die iudicij multi q nunc creduntur bo/
ni.iusti.sobrij.cōtinentes. amatores pauper/
tatis: puri: recti ⁊ simplices: videbuntur in so/
cietate dānatoꝝ propter maliciā .icōtinētiā.la/
sciuiā.castimargiā.cupiditatē. ⁊ alia peccata q̄
nunc hominibus abscondita sunt: tunc vo oi/
bus fient nota. O hypocrite antichristi disci/
puli qui ideo ad ꝑpetrāda multa facinora estis
prompti atqz securi eo q̄ populus illa nō videt
imo sanctos esse vos arbitratur. Ecce in celo
testis omniuz nostrū deus noster cui nihil est
absconditū. Hinc Seneca ad Lucillum dicit.
Quid prodest aliquid ab homine esse secretuz.
Nihil deo clausum est. Iccirco omnis hypo/
crisis est reijcienda: viuendūqz recte atqz hu/
militer: quoniam deus humilibus hic dat gra/
tiam ⁊ in futuro sempiternā gloriam: i qua vi/
uit ⁊ regnat per eterna secula. Amē.

Feria sexta secūde hebdomade in quadrage
sima. de inobedientia ꝓpter quā deus merito
indignatur cōtra ipsos inobedientes ⁊ suoruz
preceptoꝝ transgressores. Sermo. .36.

Aufertur a vobis
a regnū dei: ⁊ dabit̄ genti facienti
fructus eius. Verba sunt salua/
toris nostri originaliter Matth.
21.c. ⁊ in euāgelio hodierno. Irascit̄ valde om
nipotens deꝰ cōtra elatos suꝑbos ⁊ inobedien
tes hoies Et cū eos absqz fructu humilitatis ⁊
bonoꝝ opeꝝ inuenit: merito suis bn̄ficijs pri/
uatos in eternū suppliciū cōdemnat. Hoc my
stice innuitur in lectione sancti euangelij i qua
xp̄s sapientissimus phariseos induxit vt sentē
tiā ferrent cōtra malos agricolas: q patrisfami/
lias nō dederunt fructum vinee in tēpore suo.
Dixerunt aūt q̄ malos male perdet. At ⁊ ipse
iesus suꝑaddidit q̄ regnū dei esset auferenduz
ab illis q suꝑbissimi erant ⁊ inflāti vane glorie
vento: ob quā sine fructu vere obediētie legis
dei viuebant. Quoniā aūt hec pestis virulen/
ta inobediētie iā inuasit multos cū ipsa sit vnū
ex peccatis descendentibꝰ a vana gloria: ⁊ ꝑꝑ
ipsaz deꝰ aufert ab hoibꝰ regnū grē ⁊ glorie sue
iccirco in hoc s̄mone de ea erimus tractaturi.
Distinguemꝰ aūt triplicē inobedientiam.
Prima dicitur prothoplastorum.
Secunda religiosorum.
Tertia excōicatorum.

De inobedientia primoꝝ parentū propter
quam abstulit eis deus plurima beneficia que
cōtulerat: ⁊ acriter punit pena multiplici.

Capitulum. primum.

Prima

P Rima est inobedientia prothoplasto
ruz siue primoꝝ parentū,p qua deus
abstulit eis regnū suū.i.gratiā suā et
beneficia illa quib⁹ eos priuauit qn̄ illos eiecit
post peccatū de terrestri paradiso. Ad qḋ ple/
nius intelligendū cōsideremus de illa inobe/
dientia tria.primo veritatē.secūdo grauitatez.
tertio penalitatē. Primo cōsideremus ve/
ritatez. Pro qua disputandū est.vtrū primo/
ruz parentū peccatū fuit inobedientia. Et ꝙ sic
patet ꝑ auctoritates scripture. Vnde apostol⁹
Ro.5.ait. Per vnius hois inobedientiā pec
catores cōstituti sunt multi:⁊ ꝑ vnius obedien
tiā iusti cōstituentur multi. Et Aug.in lib.de
vera religione. Adā ,ppter trāsgressionē obe/
dientie de ꝑadiso eiectus est. Et idē sup Gen̄.
ad litterā. Nō potuit melius ⁊ diligentius cō/
mendari quantū malū sit sola inobedientia cuz
ideo reus iniquitatis factus est hō:q꜠ eā rez te/
tigit cōtra ,phibitionē quā si nō ,phibitus teti/
gisset nō vtiqꝫ peccasset. Et idē li.4.de ci.dei.
c.12. Nō debet existimare quisquā leue ac ꝑuū
illud fuisse cōmissum:q꜠ in esca factū est:non q
dem mala nec noxia nisi q꜠ ,phibita. Nec enīz
quicq̄ꝫ mali deus in illa tante felicitatis ꝑadiso
crearet atqꝫ plantaret. Sed obedientia cōmen/
data est in p̄cepto. Que virtus in creatura ra/
tionabili mater est quodāmō omniuz custosqꝫ
virtutū. Hoc itaqꝫ de vno cibi genere nō edē
do vbi alioꝝ tāta copia subiacebat tā leue prece
ptū ad obseruandū:tā breue ad memoriā reti/
nendū:p̄sertim cū nondū voluntati cupiditas
resistebat. Quod de pena transgressionis po/
stea subsecutū est tanto maiore iniusticia viola/
tuz est quāto faciliore posset obseruātia custodi
ri. Cōfirmari etiā potest qḋ dictū est:q꜠ primi
parentes ,ppter inobedientiā originali iusticia
sunt priuati. Inde Gene.3.dixit deus Ade.
Quis indicauit tibi ꝙ nudus esses nisi qa de
ligno de quo p̄ceperā tibi ne comederes:come
disti. Sed cōtra pōt qs arguere. Prio ꝙ pec
catū illud fuit suꝑbia. Nā Ecc.10.dicit. Ini/
tiū omnis peccati suꝑbia est. Et eiusdē.25.ca.
A muliere sumpsit initiū omnis ꝑditio. Et au
gu.in li.de virginitate. Diabolus in celo vo/
luit esse sicut deus:cadens autē ꝑsuasit homi/
ni similitudinē voluntatis sue. Secundo ar/
guitur ꝙ peccatuz illud fuit auaricia largo mo/
do sumpta. Secundū enim Gregoriuz super
Ezechielē. Auaricia nō tantū pecunie est:sed
etiā scientie ⁊ altitudinis. Sed mulier appetijt
sciam qn̄ diabolus dixit ei. Eritis sicut dii sci
entes bonū ⁊ malū:ergo peccatū id fuit auari/
cia. Tertio arguitur ꝙ peccatū illud fuit gul
la:q꜠ comederūt pomū ligni vetiti. Et Amb⁹
d.35.di.c.sexto die. Gula regnāte a paradi/
so expulit. Et Hyero.ꝯ̄ Iouinianum. Solli
cite ,puidendū est:vt quos saturitas a paradi/
so expulit:esuries reducat. Rn̄det Bon̄.dist.
22.2.li.ꝙ principale peccatū hois per qḋ lap/
sus ē:fuit inobedientia. Et ad hāc diabol⁹ co/
natus ē illum adducere. Sꝫ qm̄ nemo operat̄
aliquod malū aspiciens:nec appetit maluz ni/
si sub spē boni. Ideo clare dep̄hendens dia
bolus quod non posset mulierē precipitare ni
si ,pponeret aliqḋ appetibile:illa temptādo ,p
posuit ad que ois hō naturaliter iclinatur. Na
turaliter autē omnis hō appetit beatitudinem
que ē bonū gloriosum copiosum ⁊ deliciosum:
vnde ois hō nāliter appetit excellentiam suffi
cientiam ⁊ leticiam. Et inordinato appetu tali
um consistit iusticia:in imoderato xo culpa.
Gula enim est inordinatus appetitus cibi su
auiter reficientis. Auaritia ē inordinatus ap/
petitus sufficientie. Superbia est immoderat⁹
appetitus excellentie. Diabolus ergo primo ,p
misit mulieri dignitatis excellentiaz cum dixit
Eritis sicut dij. 2° subiunxit cognitionis abun
dantiam cum dixit. Scientes bonum ⁊ malū.
Postremo subiunxit suauitatis experientiam
cum ostendit lignum pulchrum visu ⁊ ad ve/
scēdū suaue. Q꜠ ergo mulier diabolice sugge
stioni cōsensit i appetēdo p̄mo eē sicut deus:fu
it suꝑba. Deinde appetēdo scire bonū ⁊ malū
fuit auara. Postremo i experiēdo suauitatem
ligni vetiti:fuit gulosa. Et in hoc fuit trāgres/
sionis rea ⁊ inobedientie culpa inuoluta. Nec
ē inconueniēs plura genera peccatoꝝ ꝯm pro
gressum cōcurrere ad vnū flagitiū ꝑpetrāduz
hec Bon̄. Ex cuius xbis accipim⁹ ꝙ primi
parētes ꝑ inobediētiā deliquerūt. 2° cōside/
remus de inobediētia primoꝝ parētū grauita
tem. Vtrū.s.fuerit pctm̄ eoꝝ grauissimū oiuz
pctoꝝ. Ad qḋ rn̄det dn̄s Bon̄.di.21.2.li.⁊
33.in declaratiōe lr̄e.d.ꝙ vnum pctm̄ pōt dici
grauius altero duodecim modis. p̄mō cau/
salitate:⁊ sic peccatū diaboli dr̄ eē maximū ali
orū:cui⁹ inuidia mors intrauit in orbē terraꝝ.
2° mō enormitate:⁊ sic pctm̄ Iude dr̄ esse
maximū eo ꝙ vēdidit xp̄m. 3° mō ingratitu
dine ⁊ sic pctm̄ illius dr̄ eē maius qui plura ꝑ
cipit dona ⁊ bn̄ficia. 4° mō periculositate:

ꝛ sic peccatū ignorātie dr̄ eē maximū q꞉ pericu
losū. 5ᵒ mō īseparabilitate: ꝛ sic peccatū cupi/
ditatis dr̄ eē maximū: q꞉ cū cetera vitia senescē
te hoīe senescāt sola auaritia iuuenescit. 6ᵒ.
īportunitate: ꝛ sic supbia dr̄ eē maximū q꞉ etiā
ex ipsis bonis operibꝰ cōsurgit. 7ᵒ. modo
ꝓnitate: ꝛ sic luxuria dr̄ eē maximū ad quā ho
mines magis sūt ꝓni. 8ᵒ. mō rōne maioris
gratie īpugnatione: ꝛ sic peccatū in spūm scūm
dr̄ eē maximuꝫ. 9ᵒ. mō rōe maioris offense:
ꝛ sic peccatū idolatrie dr̄ ē maximū. x. mō
rōne maioris īprobitatꝭ atqꝫ libidinis: ꝛ sic cu
iuslqꝫ generꝭ peccatū pōt fieri maiꝰ altero. xiᵒ
mō gnālitate: ꝛ sic peccatū primi parētis dr̄ fu/
isse maius: q꞉ in totū genꝰ humanū se diffudit.
Et sic dicit mgr̄ sniarū in textu ꝙ pctm̄ Ade
fuit grauissimū. Vn̄ Aug. li. 14. de ci. dei. ait
Magna fuit in peccādo iniqtas vbi tāta fuit ñ
peccādo facilitas. Sed adhuc dubiū ē qs coꝝ
grauiꝰ peccauit vir aut mlr. Ad qḋ. d. Boñ.
ꝙ si loq̄mur de maiori grauitate q̄ꝫtū ad igrati
tudinem grauius peccauit vir q̄ꝫ mlr ꝓ eo ꝙ
abūdātiora dona susceperat. secūdo mō rōne fe
licitatis resistēdi. Et iō cū bñficioꝝ oblitꝰ bñfa
ctorē suū ꝯtēpsit ꝛ offēdit: magis igratꝰ fuit ꝛ i
sui igratitudine maiori culpabilior extit. si aūt
loquamur de maioritate q̄ꝫtū ad libidinem: sic
amplius peccauit mlr q̄ꝫ vir ꝓ eo ꝙ magis im
proba volūtate peccauit dū cōcupiuit deo assi/
milari. Et ardentius appetiuit dū credidit h̄ se
obtinere posse qḋ diabolꝰ ei suggessit. Et iō ꝓ
pter voluntatem magis īprobaꝫ mlr peccauit
ex maiore libidine: ꝛ q̄ꝫtū ad hoc culpabilior vi
ro fuit. Si aūt loq̄mur de maioritate culpe q̄ꝫ/
tū ad corruptionē cōsequētē: distiguēdū: q꞉ ali
qd pōt dici corrūpe dupliciter. aut ꝑ modū cau
se: aut ꝑ modū occasiōis. Si per modū cause:
sic q꞉ peccatū viri fuit cā trāsfusionis peccati in
posteros: ꝛ ita corrupit se ꝛ alios: maior cōse/
cuta ē ex pctō viri corruptio: ꝛ quātū ad h̄ cl̄pa
viri dr̄ fuisse grauior. Si vo ꝑ modū occasio
nis: sic q꞉ peccatū mulieris fuit occasio peccati
viri: ꝛ ita ꝑ ꝯn̄s oium alioꝝ h̄ mō mlr pōt dici
corrupisse ceteros: nō solū posteros: sꝫ ēt virū
suū. Vn̄ nō solū peccauit i se: sꝫ ēt i ꝓximū. Et
q̄ꝫtum ad hoc dici pōt i muliere grauius fuisse
peccatuꝫ. 3ᵒ. cōsideremus circa peccatū pri/
morū parētū inobediētie penalitatē. Puniuit
naqꝫ deꝰ inobediētiam illā triplici pena. pᵃ
fuit tpalis. 2ᵃ corpalis. 3ᵃ spūalis. Pri
ma fuit pena tpalis: qñ eiecit eos de terrestri
paradiso in quo habitabāt in quiete: ꝛ deliciis
ac iocūditate. priuauitqꝫ illos habitatiōe tā gra
ta: vt dr̄ Geñ. 3. Secunda pena fuit corpo
ralis. Nā ꝑ illā inobediētiā itroducte fuer̄ oēs
pēalitates: oēs labores: oēs angustie: omnes
egritudines: oia deniqꝫ genera mortis: qbus
affligitur humanū genus. Vt eni docent do/
ctores. i. 3. di. 30. Nisi fuisset culpa: nō eēnt h̄
mala subsecuta: q꞉ vt dicit Ansel. li. Cur deus
hō. c. x. Ei qui factus ē iustus ad beatitudineꝫ
nō dꝫ infligi pena sine culpa. Propterea dixit
deus mulieri. Multiplicabo erūnas tuas ꝛ cō
ceptus tuos i dolore paries filios. Ade vo di
xit. Maledicta terra in ope tuo: i laboribꝰ co
medes ex ea cūctis diebꝰ vite tue. Spias ꝛ tri
bulos germinabit tibi ꝛ comedes herbas ter/
re. In sudore vultus tui vesceris pane tuo do
nec reuertaris in terrā ḋ qua sūptus es: q꞉ pul
uis es ꝛ in puluerē reuerteris. 3ᵃ pena fuit
spiritualis: q꞉ ꝑꝑ illā inobediētiā ꝑuatꝰ fuit hō
originali iusticia ꝛ factus idignꝰ beata visione
dei. O quale fuit illḋ malū ꝑꝑ qḋ idignatꝰ ḋs
ꝑ tot annorū milia in ira cōtinuit misericordias
suas. O grandis culpa que nō nisi xp̄i sangui
ne vnq̄ꝫ potuit deleri. O dānosa trāgressio di
uini precepti que clausit oibꝰ celū ꝑ tot annorū
milia. Patet ergo ꝙ ablatū sit dei regnū. i. cō
cessa bñficia ab hoie instituto ꝑꝑ inobediētiā.

De inobediētia religiosorū q̄ aliqñ pōt ex
cusari: aliqñ interpretari: aliqñ vo reprehendi
ꝛ reprobari: ꝛ de septem gradibus vere obe/
dientie. Capitulum. .2.

S Ecūda inobediētia ē religiosoꝝ i qbꝰ
possumus inuenire ꝑcipue triplicē in/
obediētiā. pᵃ dr̄ excusata. 2ᵃ in/
terpretata. 3ᵃ reprobata. Prima inobe/
diētia ē excusata: qñ aliquis nō obediret ꝑlato:
aut q꞉ preciperet aliqd ꝯ͂ charitatem dei aut ꝯ͂
charitatē ꝓximi: aut mādaret qḋ vel nullo mō
cum magna difficultate fieri posset. xi. q. 3. c.
Non semꝑ malū ē nō obedire ꝑcepto. Cū. n.
dn̄s iubet q̄ deo ꝯ͂ria sūt: tūc ei obediēdū nō ē.
Et in. c. si dn̄s. Si dn̄s ea iubet que ꝯ͂ria non
sūt: vel aduersa sanctis scripturis subiiciat dn̄o
suo seruus. Secūda inobēdiētia ē interpre/
tata: qñ aliqs lꝫ obediat ꝑ interpretatiue: tñ iobe
diens dici pōt: q꞉ desūt ei veri obediētis cōditi
ones. Secūdū. n. Berñ. septē sunt obediētie
gradus. Quoꝝ primꝰ ē obedire libenter. quē
gradū vt ipse ait nō pōt ascēdere qui volunta
tem precipientis non fecerit. Hoc dicitur ꝑꝑ
multos

multos subditos qui p̄latos stimulant: aut ve
xant ī multis: qb⁹ tūc obediūt cum prelati ea q̄
volunt ipsi subditi mandāt. Etsi qn̄q3 in aliis
obediant: id facere vidētur coacti. Secūdus
gradus obediētie est obtēperare simpliciter.
Multos eni videm⁹ post p̄cipiētis imperium
multas facere qōnes dicendo. Quare. Vnde
Quis pōt hoc facere. Inde seqtur murmura/
tio: excusatio: simulatio: ꝛ aduocatio amicoꝝ.
Terti⁹ gradus ē obedire hilariter. Hilarē3
n. datorē diligit d̄s. 2. Cor. 9. c. Quart⁹ ḡd⁹ ē
obedire velocit̄ i cui⁹ figurā xp̄s dixit Zacheo
Luc. 19. Festināns descēde. Quit⁹ ḡd⁹ ē obe
dire virilr̄. Inqt. n. sapiēs in p̄sona obediētis
aīe. Manū suā misit ad fortia Sext⁹ ḡd⁹ ē obe
dire humilit̄: iuxta regulā xp̄i. d. Luc. 18. Cū
oia feceritꝭ q̄ p̄cepta sūt vobis dicite. Serui in
utiles sum⁹. Septim⁹ ḡd⁹ ē obedire idesinē
ter. Qꝛ vt. d. Bern̄. Quid cū regula ꝓdest ꝛ
an̄ cursus metā deficere. Notādū tn̄ s3 Bon̄.
in. 2. di. 44. q̄ de obediētia exhibēda p̄lato a
subdito religioso possum⁹ loq duplicit̄. aut s̄m
p̄fectiōe: aut s̄m obligationē. Si p̄mo mō: sic
dicit Bern̄. q̄ p̄fecta obediētia finē nescit. Et
p̄fectus obediēs nō solū i his q̄ mandat: s3 etiā
supra ea q̄ p̄latus mādat promptū h3 offm̄. Si
aūt loq̄mur de obediētia s̄m obligationem: sic
h3 terminū ꝛ mēsurā iuxta magnitudinē voti
emissi. Non. n. amplius tenentur subditi obe
dire suis p̄latis nisi in his q̄ ꝓmiserūt dn̄o ob
seruare ꝛ nō sūt 9ria aīe ꝛ regule sue. Vn̄ si p̄
latus aliqs p̄cipiat qd̊ sit supra votu3 subditus
nō tenet̄ ad illud iplēdū. Tertia ē inobediē/
tia reprobata. eoꝝ. s. q de facto suoꝝ p̄latorū p̄
ceptis q̄ iusta q̄ bōa q̄ discreta sūt p̄sumūt repu
gnare. Et qn̄q3 totaliter sine vlla cā: sine alicu
ius sup̄ioris licentia totaliter a religiōe discede
re ꝛ apostatare: a quib⁹ auferr̄ dei gratia ꝛ dat̄
facientibus fructus obedientie.

De inobedientia excōicatoꝝ: ꝛ q̄re pōt qs
excōicari: ꝛ qūo iniusta excōicatio ē timēda: ꝛ
de septem penalibus separationibus quas ex/
communicatio facit. Capitulum: .3.

Ertia iobedientia est excōicatoꝝ coꝝ
q p̄p iobedientias ꝛ transgressiones
suas merito ab ecclesia excoicantur:
ꝓ quibus de ipsa excoicatione cōsiderem⁹ tria
p̊ causam. 2° iniusticiam. 3° penam.
Prio cōsideram⁹ cām. Vtrū. s. solū pctm̄
mortale sit cā vt aliqs excōmunicetur. Et vr̄
q̄ nō: qꝛ qn̄q3 excoicat̄ innocens: cū probatur
crimen 9tumacie cōtra eu3 in foro iudicii: nec
tn̄ iudex hoc faciens rep̄henditur q̄3uis in sua
9scia sciat illū innocētem. ḡ aliquādo debet hō
excoicari nō ꝓ mortali. Sed contra. extra de
verbo. sig. c. ex p̄te. i gl. dicitur. Nemo excoi
cat̄ nisi ꝓ mortali ꝛ qꝛ aliter n̄ pōt corrigi. Et.
xi. q. 3. c. Nemo ep̄oꝝ. dicitur. Anathema nō
nisi pro mortali debet imponi crimine: ꝛ illis
q alter nō p̄nt corrigi. R̄ndet Ric. in. 4. di.
18. q̄ excoicatio maior est grauissima pēa quā
ecclesia possit inferre. Vn̄ dr̄ i p̄all̄. c. Nemo.
q̄ anathema ē eterne mortis dānatio. Et. 24.
q. 3. c. Corripiantur. dr̄ q̄ excoicatione nulla
maior pena ē in ecclesia. Et ideo sicut dicit gl.
ibidē nō ē ifligēda ꝓ leuib⁹ criminibus Vn̄
dicendū q̄ iudex nullū debet excōmunicar̄ nisi
pro mortali peccato: nec ꝓ q̊cunq3 mortali: sed
ꝓ peccato 9tumacie vel cui contumacia est an/
nexa. xi. q. 3. c. absit. ꝛ. c. epi. Quadrupliciter
autem homo peccatum cōtumacie incurrit. s.
aut qn̄ sufficienter vocatus nō venit ad iudiciū:
nec remanendi habet legitimā causam. 24. q.
3. c. de illicita. Aut veniens respondere contē
nit: ꝛ rationem reddere quare respōdere non
debet. Aut anteq̄3 d̄beat discedit. xi. q. 3. c. cer
tu3 est. Aut snie nō obedit. vt. 2. q. 6. c. q̄squis
ꝓbat⁹. Ille autē q ipedit aut fraudulēter ꝓcu/
rat ne ad ipsū citatio p̄ueniat: ꝓ citato d3 habe
ri. Ille etiā q veniēs se nō rep̄sentat iudici s3
se occultat reputādus ē q̄si nō venisset. Ad ar/
gumentū in oppositum dicendū: q̄ etsi ille q
excōicat̄ in p̄dicto casu nō sit i pctō mortali: tn̄
iudex fert sniam sicut ꝓ mortali: qꝛ iudex in fo
ro 9tētioso nō debet iudicare s̄m sniam cōscie
ꝓprie: s3 s̄3 allegata: iō iuxta leges ꝛ iura ꝓnū
ciat. 2° de ipsa excoicatione considerem⁹ iniu/
stitia3. Et querim⁹ vtrū excōmunicat⁹ iniuste
debeat excōmunicat⁹ reputari. Et videt̄ q̄ nō:
qꝛ. 24. q. 3. c. certū. §. illicita. dicit̄. Illicita er/
go excoicatio n̄ ledit eū q notat̄: sed illu3 a quo
notat̄. Et. xi. q. 3. c. Si cui est illata. dicit̄. Si
iiustia ē tāto curare eā nō d3 quāto apud deu3
ꝛ ei⁹ ecclesiā neminē pōt ḡuare iniq̄ snia. Cō/
tra ē qd̊ dr̄. xi. q. 3. c. snia. Sētētia pastoris siue
iusta siue iiusta fuerit timēda ē. R̄ndet Ric.
vbi. s̄. q̄ vt dicitur. xi. q. 3. c. ep̄s. §. si ḡ. q̄ snia
aliquādo ē iiusta ex aīo ꝓferētis iusta vero ex/
ordine ꝛ causa. Aliquādo est iusta ex aīo ꝛ or/
dine: s3 nō ex causa. Tūc aūt ex cā ē iniusta: qn̄
nullum d̄lictum omnino est in eo in quem fer
tur excōicatio qd̊ sit excōmunicatiōe dignum

Ex aio iniusta est snia qn non fertur amore iu
sticie: sed liuore odij vel precio: aut fauore ad/
uersariorum. Ex ordine iniusta ē qn fertur iu
diciali ordine non seruato. vt dr. xi. q. 3. c. ser
uetur. §. item sententia. In oib⁹ his casib⁹ sē
tentia excōicationis iniusta timēda ē quousqz
per eū qui tulit eā vel per aliū superiorē fuerit
reuocata. exceptis aliquib⁹ casib⁹ in quibus ñ
ē timenda. qui ponūtur in gl. in prefato. c. sen
tentia. Unus ē qn excōicās non hz ptātem ex
cōicādi. Alius ē qn fert excōicatiōis snia post
appellationē legitimā τ cōtinet itollerabilē er/
rorem. vt pz extra de appellatiōibus. c. ad no/
stram presentiam. τ de snia exco. c. per tuas.
Tertius casus cū pro indebitis exactionib⁹
aliquis excōicatur. extra de exces. pla. c. ad q/
rūdā. Ad auctoritates aūt primo allegatas di/
cēdū: q intelligūtur de lesione quo ad deū τ d
illo q excōicationē nō cōtēnit: τ qn excōicatio
est iniusta ex cā. Tertio cōsiderem⁹ de excō
municatione penam. Nā excōicatio maior dr
anathema: qd iterptatur separatio: eo q sic excōi
catus i penā cōtumacie τ inobediētie separat
a septē magnis bonis. p separat a celo: qr nū
qz intrabit in illud nisi absoluatur ab ea. Un/
de xps dixit Math. 16. Quodcunqz ligaueris
sup terrā erit ligatū τ i celis. Propterea Cri/
sostomus. xi. q. 3. c. Nemo ait. Nemo contē/
nat vincula ecclesiastica. Non est hō q ligat: sed
xps q hāc ptātē dedit τ dños fecit hoies tanti
honoris. 2° separat excōicatus ab oi sacro
ecclesie vt pz. 3. q. 4. c. Engeltrudaz. Et ideo
nullus sacramēti talis est capax: qr sacramēta
conferūtur existētib⁹ i ecclia. Unde talis nec
absolui pōt a peccatis in cōfessiōe quātūcunqz
eēt cōtritus τ dispositus ad faciendū oia nisi p
us absoluat a vinculo excōicatiōis: fm Tho.
in. 4. Et si absolueret nō valeret: sz oporteret
eū postea absolui iterū. Nec talis pōt ꝯhere ma
trimoniū. Si tñ ꝯheret tenere: qdē matrimoni
um: sed peccaret mortaliter cōtrahēdo. Ul si
recepit ordines sacros vel exegtur eoz actus:
vel celebrando vel cātādo euangeliū τ huiusmo
di: efficit irregularis idigēs dispēsatiōe pape.
3° separat excōicatus ab ecclesie suffragio.
Dicit eni apostolus Ro. 12. Oēs sumus vnū
corpus in xpo. s. mysticū τ spirituale. Clarum
ē eni q mēbrū separatū a corpore non recipit
partē nutrimēti qd per cibū assumit. Cibus h
corporis sūt orones: τ alia bōa q fiunt i ecclia:
sed excōicatus ē mēbrū separatū ab ecclia. Di
cit eni Aug⁹ de verbis apostoli. xi. q. 3. c. Dis
xpianus. Dilectissimi: q a sacerdotib⁹ excōicat
sathane tradit: qr. s. ex ecclesiā ē diabolus sicut
in ecclia est xps. Et de hac et loquit. 24. q. 3.
c. apostolice. c. tā sacerdotes. c. secāde. τ. c. cor
ripiatur. Ergo excōicat⁹ nō hz ptē bonoz q fi/
unt a fidelib⁹. Uñ diabol⁹ hz maiorē ptātez se
uiēdi in eū. 4° separat a diuino officio. Uñ
ysidorus. xi. q. 3. c. cū excōicato. dicit q non
lz cū illo orare pp qd d cit Ray. i summa τ alij
doc. q si excōicat⁹ ē in ecclia qn dr diuinū offi/
ciū dz admoneri vt exeat. Et si exire nolit: vio
lenter dz expelli. Et si fieri nō pōt dimitti debz
offm quousqz exeat: et missa si nōdum icepit ca
nonē. Secus si incepisset. qr tūc dz psequi vs/
qz ad cōionē sūptā: τ postea residuū exeūdo in
sacristiā dicet. Hoc vo intelligēdū ē qn excōi
catio eēt notoria. Nā si occulta ē: nō ē euitan/
dus excōicatus i publico ne pdat crimē. Ho
die tñ p decretū cōstātien. phibita ē huiusmo
di pticipatio in diuinis q ad excōicatos denun
ciatos in ecclia τ noiatim. Ipse tñ excōicatus
sciēter pticipās i diuinis nō euadit mortale pec
catū. 5°. separat a fidelium cōsortio: qr non
pōt pticipare cū aliis fidelib⁹: nec ipsi cū eo in
comedēdo vel bibēdo vel salutādo vel loquen
do exceptis casib⁹ qui ponūt. xi. q. 3. c. qm. i te
xtu. τ in glo. de quibus loco suo plen⁹ dicem⁹
6°. separatur excōicat⁹ a qlibet actu legitimo.
Unde nec testificari pōt nec excusare nec aduo
care nec iudicare. Et iudicata p eū cū notoriuz
eēt nō teneret: nec absoluere nec ligare nec eli
gi potest ad prelaturam seu dignitatem nec eli
gere. Solum ad predicationem admitti pōt: si
cut τ infidelis vt cōuertatur ex doctrina ad ve
ram penitentiā τ obediētiam. τ de conse. di. i.
c. eps. 7° separatur post mortem ab ecclesia/
stica sepultura qr non potest sepeliri in ecclesia
vel in cimiterio sed extra sicut animalia bruta
Nec debet deferri cum modo consueto fideli/
um ad ecclesiam. nec possunt pro eo fieri orati
ones solēnes seu officium nisi prius absolue/
retur post mortem a snia. Quod fieri pōt quā
do apparerent signa contritionis ante mortez
τ q quesiuit absolutionē. Exemplū est de illis
sanctimonialib⁹ quas beatus Bñdictus excōi
cauit pp loquacitatē suā: que post mortē earuz
sunt vise exire de sepulchris: τ de ecclesia quā
do celebrabatur τ dicebatur offm: quas cum
beatus Benedictus recōciliasset non sunt am
plius vise exire: sicut refert Greg. 2. dial. li.
nō sint

Non sint igitur christiani obstinati ad obediē dum spernentes ecclesiasticas censuras ⁊ excō municationes peruipendentes: qꝛ vt dr̄ in. c. nihil. xi. q. 3. Nihil sic dꝫ formidare christianꝰ qꝫ separari a corpore christi. A contumacibus itaqꝫ ⁊ inobedientibus ⁊ excommunicatis aufert deus gratiam suā quā nobis ei obediētibꝰ largiat̃ in hac vita deinde ꝓducēs ad etherea regna qui sit benedictus in eternū ⁊ in secula seculorum Amen.

Sabbato scd̄e hebdomade i q̄dragesima. de peccato contentiōis qd̄ vtplurimū ex vana gloria oriri solet. Sermo. 37.

# Irit patri suo.

d Ecce tot annis seruiui tibi ⁊ nūq̄ꝫ mādatū tuū preteriui. Luce 15. c. ⁊ in euangelio hodierno. Propriū ē eoꝝ qui inanis glorie vēto ipellūtur libenter cōtēdere. Qd̄ vitiū reprehensibile iuentū ē in filio seniore de quo euāgeliū meminit. Nolebat enim introire domū: sed cōtendebat. nō solū cū seruis: sed ēt cū genitore suo. Et qm̄ ad pn̄ie integritatem reqritur vt oīa vitia deponātur. Cū vero cōtētio que ex vanagloria nascit̃ ꝑiculosa possit eē atqꝫ dānabilis. Idcirco de ipa i h̄ sermone dicemꝰ de qua tria mysteria erunt declaranda.

Primum dr̄ diffinitionis.
Secūdum abominationis.
Tertium determinationis.

Quid sit cōtētio: ⁊ quō pōt fieri vel ꝑꝑ emulationem: vel ꝑꝑ disputationē: vel ꝑꝑ litigationem. Capitulum. I.

pectus ille huius peccatricis lachryme ad exem
plū penitēdi non emoliunt. Cōsiderauit nāq3
qd fecit ⁊ noluit moderari qd faceret. Sup con
uiuātes igressa ē: non iussa venit: inter epulas
nō erubescit. Hāc vero quā Lucas peccatricē
muliarē vocat: Joānes Mariā nominat. Illā
eē Mariā credimus: de qua Marcus septem
demonia eiecta fuisse testat̃. Et quid per septez
demonia nisi vniuersa vitia designant̃. hec il
le. Joh. aūt. xj. c. ait. Maria erat q̄ vnxit dn̄z
vnguēto: ⁊ extersit pedes eius capillis suis: cu
ius frater Lazarus ifirmabat̃. Marcus ē vlt.
c. sic de ipsa scribit. Surgens iesus mane pria
sabbati appuit primo Marie magdalene de q̄
eiecerat septē demonia. Insup p3 hanc pecca/
tricē Mariā magdalenā fuisse eo ꝙ ecclesia in
festo marie magdalene legit euāgeliū3 huius
peccatricis. Et i historia beate marie magdale
ne habet̃ qualit̃ ipsa reuelauit sacerdoti cuidam
q eam i heremo iuenit ꝙ ipsa fuisset famosa illa
peccatrix: q̄re nō ē dubiū ꝙ Lucas loqt̃ de ipsa

Secundū dubium erat. vtrum huius pecca
tricis scilicet Marie magdalene peccatum fuit
tantum corde: aut simul ⁊ opere perpetratum.
Et ad hoc est triplex modus dicendi. Quidam
enim dicunt ipsam fuisse virginem corpore ⁊
carne: sed tm̄ mēte corruptam. Contra illos ta
men est auctoritas ecclesie que in festo eius nō
facit officium virginu3: cū tamen fm oēs doc.
mentalis virginitas recuperetur per penitens
am. Contra istos etiam ē: quia ecclesia non iu/
dicat de peccatis occultis ⁊ mentalibus: sed de
manifestis ⁊ opere perpetratis. Cum ergo euā
gelista nominat illam peccatricem: ⁊ in ciuitate
notam: sequitur ꝙ de peccatis eius manifestis
⁊ non secretis scripserit. Alij doctores dicūt ꝙ
Maria magdalēa fuerit publica meretrix: qm̄
de illa Cri. sup Math. ait. Tunc illa prostituta
lupanar exiuit qn̄ discipul⁹ gehēnā itrauit. Et
Hie. ad Furiam. Meretrix illa in euangelio
que pedes domini lachrymis lauit: ⁊ crine de
tersit: ⁊ confessionis sue honorauit vnguento:
manifeste depingit ecclesiam de gentibus con
gregatam. Et idem in prologo O see prophe
te. Hec est illa mulier meretrix ⁊ adultera: de
qua loquitur dominus ad iudeos dicens. Me
retrices ⁊ publicani precedent vos in regno ce
lorum. Propter huiusmodi verba dixerūt ali
qui prefatam secundam opinionem. Sed ego
dico ꝙ satis durum est: imo nec credibile mu/
lierem generosam nobilissimis parentibus or
tam ⁊ diuitijs abundantem loca spurcissima
pro precio inhabitasse. Docto. autem Criso⁹
⁊ Hieronymus loquuntur de ea vt supra di
ctum est: ad denotandum ꝙ vita eius: licet in
propria domo: tam lasciua erat tamq3 dissolu/
ta vt videretur quasi vna ex meretricibus: que
solent in lupanaribus immorari. Et propterea
est tertius modus dicendi cui ego adhereo te/
nens viam mediam quod Maria magdale/
na in sua domo delitijs ⁊ ocio vacans vsq3 ad
suam conuersionem omne tempus suum: om
nemq3 vitam voluptatibus exposuit: ornando
caput: poliendo crines. vngendo faciem. com
ponendo vestes. cantando vanas cantilenas:
loquendo lasciua. conuersando cum iuuenibus
⁊ ex consequenti de facili alia faciendo: que nō
licet homini loqui. Tertiu3 dubium erat. que
potuit esse causa vt Maria magdalena rueret
⁊ peccaret. Et dico quod potuerunt esse tres.
Prima causa fuit eius formositas ⁊ pulchri/
tudo. Erat siquidem pulchra ⁊ formosa natu/
raliter atque pulchritudinem illam ampliabat
cum ornatu vano inhonesto ac meretrico. Ta
lis vtiq3 pulchritudo cum inhonestate habitus

aspectꝰ: vultus: ⁊ gestus sociata: in magnū po
nit discrimen mulieres: quia vt inquit Aureo
lus Theophrastus. Mulier pulchra cito ada
matur: ⁊ difficile est custodire quaʒ multi amāt
Et sapiens prouer. 5. inquit. Fallax species ⁊
vana est pulchritudo. Propterea Hiero. repꝛ
hendit acriter ornatum inhonestum mulieruʒ.
Vnde ad Furiam ait. Ornatus iste non do/
mini est velamen: sed antichristi. Aut loquen
dum nobis vt vestiti sumus. aut vestien dum
vt loqmur. Lingua personat castitatem: ⁊ to/
tum corpus prefert impudicitiam. Et ideʒ ad
sacras virgines de cōtinentia virginali. Pro
pheticus ille sermo non proferatur de vobis.
Filie eorum composite circūornate vt simili/
tudo templi: ⁊ dealbate ab extra vt monumen
ta que auro relucent: intus vero plena sūt ossi/
bus mortuorum. He non filie regis xp̄i sed
regis Tyri. He semper in mūeribus vultus
impudicitia diuites plebis ⁊ capiunt ⁊ capiunt
Impudicissimus mulierum affectus: semper
in auro: semper in gēmis: semper in ornamē
tis extrinsecus gloriam ponunt. Non sufficit
eis libido innata nature: sed occasionē querūt
explende libidinis. Affectant proculdubio vt
oculi virorum aurum contemplantes ⁊ gem/
mas tandem figantur in faciem: ⁊ furtiuis ocu
lorum suorm nutibus facilius incitent ad libidi
nosum incendium. hec ille. Sic Maria mag/
dalena dissoluta ⁊ vaga vanitatibꝰ dedita: offe
rebat seipsam viris diligendam amore vano ⁊
vitioso: ⁊ ex ꝑ̄nti sollicitandaʒ. Secunda cā
quare ad tam lasciuam vitam deuenit fuit vber
tas ⁊ abundantia bonorum temporalium: ob
quam satisfaciebat corpori in omnibus delicijs
suis: pascebat illud splendide: bene comedebat
bibebat ⁊ dormiebat: refugiebatqʒ quoscunqʒ
labores. Quod quanti periculi sit non soluʒ mu/
lieribus sed etiam viris declarat deus ꝑ Eze/
ch. 33. d. Hec fuit iniquitas sororis tue Sodo
me: saturitas panis ⁊ abūdantia: ⁊ ocium ipsiꝰ
⁊ filiarum eius. Tertia causa quare Maria
magdalena tanta flagitia enormia cōmisit fuit
libertas. Secūdum enim Aug. in li. de decem
cordis. quatuor sunt custodie mulieris quibus
adiuuat vt honeste viuat. Prima ē timor dei
Scd̄a timor legum adulteras punientiū. Ter
tia societas viri. Quarta verecūdia mundi. De
hac sic dicit Hiero. ad Furiam. Tenera res i
feminis fama pudicitie ē: quasi flos pulcherri/
mus cito ad leuem marcescit auram: maxime

vbi etas consentit ad vitium ⁊ maritalis deest
auctoritas: cuius vmbra tutamen est vxoris. h
ille. Cum ergo magdalena nec deum nec le/
ges timeret: essetqʒ absqʒ viro ⁊ i libertate sua
qꝛ patrimonium diuisum erat inter Lazarum
⁊ ipsam ⁊ Martham: facile est credere ⁊ opia/
ri ꝙ frontem fecerit meretricis: ⁊ sine robore
ac verecūdia sue libidini satisfecit: ita vt per ex/
cellentiaʒ diceretur peccatrix. O Maria mag
dalena ꝙ̄ʒ vilis est in tali statu conditio tua. O
quantum denigrata est fama. o quāta ignomi
nia propter tuam lubricam vitam circundedit
parentelam tuam. Sed his omnibus grauius
est: qꝛ facta es dei iīmica ⁊ eius angelis ac san
ctis omnibus odiosa valde. O infelix ⁊ exce/
cata. o miserrima anima cur tanto studio pro/
curas perdere celum: offendere deum: ⁊ in ite
ritum currere damnationis eterne. Et qd aliō
est esse peccatricem nisi esse in periculo grādi
damnationis future. Verūtamē ꝙ audimꝰ de
Magdalena qꝛ peccatrix erat: hodie dici pōt
de inumerabilibꝰ quasi mulieribus adulteris:
fornicarijs: icestuosis: ⁊ omni flagitio ac dede
core infectis. O impie creature. o carnales ⁊ la
sciue mulieres: cognoscite statum vestrum: et
scitote ꝙ nihil magis potest vos ledere ꝙ̄ʒ pec/
catum: sicut pʒ de Magdalena.

Qualiter Maria magdalena cognouit pec
catum suum: ⁊ corde cōtrita ad pedes iesu hu/
militer satisfecit. Capitulum. 2.

Ecundus status Marie magdalene
s quem cōsiderare debemus dicitur cō
uersionis. Hunc explicat Lucas cuʒ
dicit. Vt cognouit qꝛ iesus accubuit in domo
pharisei attulit alabastrum ⁊c̄. vbi ponunt tria
de ipsa magdalena. Primum ē cognitio. Se
cūdum satisfactio. Tertium contritio. Pri/
mum est cognitio: qꝛ dicitur vt cognouit. Co/
gnouit siquidem bona que omisit: ma'a q̄ com
misit: damna que incurrit. Cognouit peccato/
rum suorum magnitudinem: turpitudinem: ⁊
multitudinem. Cognouit dei contra peccato/
res seueritatem: erga penitentes pietatē: ⁊ cir
ca iustos liberalitatem. Quō ista cognouit cuʒ
propter peccatum anima ceca efficiatur. Iuxta
illud qd̄ de peccatoribus dr̄ Sap̄. 2. Excecauit
illos malitia eorum. Et Sophonie. i. Ambu/
labunt vt ceci qꝛ domino peccauerunt. Et vt
Ari. inquit. 2°. de anima. Nihil videtur nisi i
lumine. Et dicere possumus ꝙ cognitionē ac/
cepit omnium supradictorom per lumen irra/
diātis gr̄e

diantis gratie dei qui etiam peccatoribus ⁊ ma
lis quantum est de se offert claritatem ⁊ splen/
dorem gratie sue. Quidam autem pie dicunt
Magdalenā audiuisse predicantē xp̄m. quod
satis verisimile est detestanteq; peccata aīe ad
dei imaginē formate. O q̃ȝ acuta q̃ȝ penetrabi
lia q̃ȝue ardentissima erant verba iesu xp̄i p̄di
cantis. Loquebat̃ siquidē ex itimis cordis cū
admirando feruore bulliebat eius mēs: vt aīas
eriperet de diaboli laqueis. Aspexit ergo sic p̄
dicans ⁊ vidit Magdalenā extrinsecus ⁊ itri/
secus. Clamare forte cepit. O aīa mea pro cu/
ius amore de⁹ homo factus sum: cur me ꝑseq̄
ris: cur mundū amplecteris: cur p̄rem omniū
deū ita suꝑbe contēnis. Quid tibi i fine succe/
det pro vanitatib⁹ tuis. O plena oī mi͛ia: cur
non erubescis carnalē ducere vitā. An nō cōsi
deras q̄ peccatorū finis iterit⁹ ē. Vita p̄ns ni/
hil ē: mūdus cū suis bonis proditor ⁊ labilis ē
Redi ad cor tuum: ⁊ cōsidera vias tuas. Re/
uertere: reuertere a via tua mala: reuertere ad
me qui te patiēter expecto: dulcissime inuito: cle
mētissimeq; suscipio. Veni d͛pone peccata tua
⁊ veni ad me secura. veni iniquā o aīa mea di
lecta: ⁊ ego remittā tibi peccata cūcta que com/
misisti. Nō eni veni vocare iustos sed peccato
res ad pniam. Huiusmodi aūt similibusq; v̄
bis potuit xp̄s peccatricē Magdalenā excitar̃
illuminare ⁊ inflāmare: quare mentē mutauit
mundū cōtēnere cepit: ⁊ volūtatem ꝑposito se
emēdādi ac bene faciēdi ipleuit: quod mystice d͛
signat̃ in alabastro .i. in vase de alabastro facto
ſm Cirillū: qd̄ attulit plenū vnguēto p̄cioso.
Secūdū qd̄ ponit̃ de Maria magdalena in
ius cōuersione dicit̃ satisfactio. Per q̄ eni pec
cata peccauerat: p̄ eorū opposita satisfacere cu/
rauit ſm Greg. i omelia. Peccauerat siq̄dez
p̄ p̄sumptionē ⁊ audaciā. satisfecit cū verecun/
dia ⁊ erubescētia: q̄r igressa domū pharisei nō
stetit ante: sed retro xp̄m. Et stans iquit euāge
lista retro secus pedes ⁊c̄. Peccauerat p̄ suꝑbi
am. satisfecit cū humilitate tota inclinata ad pe
des iesu. Peccauerat p̄ vanū oculorū affectuz
satisfecit cum lachrymarū iundantia. Peccaue
rat p̄ iordinatū capillorū decorē. satisfecit p̄ illo
rū contēptū: pedes iesu cum illis abstergēdo.
O felix cōmutatio excelsi dextera facta: q̄ paulo
ante a deo erat aliena: nūc studiosissime illi co/
natur adherere. Tertiū quod ponit̃ i Marie
magdalene cōuersione dicit̃ cōtritio. Erat vti
q; abundās dolor p̄ peccatis suis i corde illius
quē p̄ lachrymas ostēdebat. Tot enim ab eius
oculis lachryme defluebāt: vt satisfacerent ad
lauādū pedes iesu. Hicq; possumus cōtēpla/
ri q̄ lȝ nihil diceret v̄bo: i corde tn̄ suo loque/
bat̃ ad dn̄z. O bone iesu. o pastor aīar̄. o spes
vnica salutis mee miserere mei. Ego sum illa
ifelix igrataq; peccatrix q̄ te offendi. Ego sum
illa q̄ lascivo gestu: vano aspectu nimioq; orna
tu multor̄ aīas illaq̄aui. Ego sū illa q̄ mūdum
cū suis bonis magis dilexi q̄ȝ te deū meū bene
factorē meū fontē ideficiētem oīs boni. Heu
me miserā. heu me dolētē nimium. heu me qd
feci. peccaui. inique egi. sed tu pius ⁊ mi͛icors
indulge mihi. Ecce pedes tuos teneo q̄ me pe
grinando q̄sierūt. Non venisti vocare iustos:
sed peccatores ad pniam. Nō despicis cor cō/
tritū ⁊ hūiliatū. O iesu dulcis. o iesu clemētissi
me. o fili dei benedicti sana aīam meā. suscipe
penitētem. cōsolare lachrymantē. ad te veni ad
te fugi. ad te totis viscerib⁹ clamo miserere mi
hi peccatrici: q̄ peccaui. Talia vel similia i cōtri/
to corde Magdalene versabantur.

Qualiter post conuersionē Maria mag/
dalena multiplicem gratiam a domino iesu xp̄o
est consecuta. Capitulum. 3.

Ertius stat⁹ Marie magdalene quem
cōsiderare debem⁹ dicit̃ gratificatiōis.
Inuenit nāq; Magdalena cōtrita gra
tiā apud xp̄m. q̄ tria beneficia ei exhibuit ad/
mirāda. Primū dicit̃ defensiōis. Secūdū re/
missionis. Tertiū cōsolationis. Primū bene
ficiū dicit̃ defensionis. Factus eteni fuit xp̄us
defensor eius: q̄ defendit illā a phariseo itra se
murmurāte: vt patet i euāgelio. a Martha so/
rore sua de illa cōquerēte. vt dicit̃ Luc. x. c. ⁊ a
discipul' indigne ferētibus cum vngeret caput
eius: vt notat̃ Math. 26. c. Secūdū benefici
um dicit̃ remissionis. Remittunt̃ dixit xp̄s ei
peccata multa. Et cōuersus ad illā addidit re/
mittunt̃ tibi peccata tua. O mellificū v̄bū. O
iocūda snia. Ecq̄d potuit audiri melius: q̄d vti
lius: q̄due fructuosius. Beati ait psal. quorū
remisse sunt iniq̄tates. ⁊. q. t. s. p. O felix pnia
Magdalene: q̄ xp̄z ad se traxit. Fecitq; vt pec
catricē aīam antea ꝓpter peccata deletaȝ de li/
bro vite iustificaret: ⁊ in numero conscriberet̃
elector̄ suor̄. Tertiū beneficiū collatū a xp̄o
Magdalene fuit cōsolatōis. Fecit eteni eam
dignā cōsolatōibus suis sp̄ualibus: ita vt meri
to dicere posset illud p̄s. Consolationes tue le
tificauerūt aīam meā. Quisnā explicet qualis

fuit consolatio Marie magdalene qñ stabat ⁊
audiebat vbū xp̄i: qñ conuersabat̄ cum glorio
sissima Maria matre eius: qñ angelos vidit
resurrectionē suā illi anunciantes: qñ prima re
suscitatū xp̄m in specie hortulani asperit: ⁊ vo/
cata ab eo Maria cognouit illum eē: voluitqꝫ
pedes ei⁹ tangere: ⁊ tunc non fuit pmissa: qñ
post cū alijs mulieribus tenuit pedes eius dū
eis apparuit in via: qñ post exilium pueniens
cū Lazaro ⁊ Martha ⁊ ceco nato: quē xp̄s illu
minauerat ⁊ beato Maximino. alijsqꝫ xp̄ianis
Marsiliā. post illius patrie ꝯuersionē: postqꝫ
miracula plurima supne cōtemplatiōis auida
asprimaꝫ heremū petijt ⁊ in loco angelicis ma
nibus pparato p. 30. annos incognita mansit:
in quo nec aquaꝝ fluenta: nec arboꝝ: nec her/
barū erāt solatia vt ex hoc manifestaret̄ ꝙ non
terrenis refectiōibus sed celestib⁹ epulis satia
bat̄. Qualibet enī die septem horis canonicis
ab angelis in ethera eleuabat̄: ⁊ celestiū agmi/
num gloriosos cantus corpalibus auribus au
diebat. Quāta adhuc fuit eius iocunditas: cuꝫ
dispositōe dei in extremo vite sue a sacerdote
quodā inuenta ē quē ad beatum Maximinuꝫ
misit vt die resurrectionis dñice oratoriū solus
ingrediret̄ tpe quo ad matutinū surgere ꝯsue/
uerat: quod ⁊ fecit: viditqꝫ in oratorio Mariā
magdalenā spacio duorū cubitorū eleuatam a
terra: ⁊ stantē in medio angelorū. O quātū fuit
Magdalene gaudiū qñ postremo conuocato
vniuerso clero ab ipso ep̄o scīssimum sacramē
tum cum multa lachrymarū inundatione susce
pit: ⁊ ante altare ꝓstrata aīam emisit ad celos.
O admirabilis deus. o pater misericordiarum
qui obliuisceris oīum iniquitatum quas fecit i
pius: si ad pniam reuertatur. Ecce ostendisti
nobis in Maria magdalena quanta est boni/
tas tua: quanta pacientia: quanta charitas: quā
ta gratia. Tu illam peccantem supportasti: a te
fugiētem tenuisti: obaudientem aduocasti: re/
uertentem suscepisti: ⁊ penitentem iustificasti:
atqꝫ iustificatam in celo esse iussisti. Cuius me
ritis maiestatem tuam supplices deprecamur
vt nobis largiatur hic gratiam ⁊ in futuro sem
piternam gloriam. Amen.

Feria sexta quinte hebdomade, in quadra/
gesima, de horrendo peccato homicidij: ad
quod consequi solet despatio ⁊ impenitentia.
Sermo. 60.

Cogitauerunt
vt interficerēt eū. Scribuntur
hec vba Jo. xj. c. ⁊ i euāgelio
hodierno. Nescit gescere malē
gna mens inuidoruꝫ q̄ semp ꝓ
ximo machinat̄ mala: ⁊ exquirit dolos. Neqꝫ
peccatū aliqđ tam graue ē: vt sibi facile nō ap/
pareat. Propterea scribe ⁊ phici statuerūt i co
gitatu pessimo interficere xp̄m: qđ tandē oper̄
cōpleuerūt. Sic ⁊ pleriqꝫ hoies nequā ferales
atqꝫ crudeles ad suā irā explēdam sepissime su
os ꝓximos occidere non formidāt. Et quoniā
homicidij peccatum solet sequi desperatio. Id/
circo ad tm̄ piculum deuitandū in pn̄ti sermōe
de homicidio erimus locuturi: qꝛ penitentib⁹
satis prodesse potest huius materie declaratio.
De homicidio ergo tria principalia mysteria
proponemus aperienda.
Primum dicitur diffinitio.
Secundum modificatio.
Tertium punitio.
Quid sit homicidium. ⁊ de his qui interfi/
ciunt seipsos: ⁊ de occisione brutorum: ⁊ qua/
liter quandoqꝫ homicidium fieri potest absqꝫ
peccato. Capitulum. .j.
Primū mysterium de homicidio aperi
endū dicit̄ diffinitio: i quo quid sit ho/
micidium videam⁹. Et secūdū Ray.
in sūma sua. ⁊ Hosti. in ti. de homicidio. Ho
micidiū est hois occisio ab hoie facta. ⁊ dicitur
ab hoie ⁊ cedo cedis quasi hois cediū. Pro cu
ius cōclusionis declaratione tria sunt dubia d
claranda. Primū vtrum sit licitū occidere vo
lucres pisces ⁊ h⁹i. Secundū vtrū homo pec/
cet interficere seipsum. Tertiū vtrū homicidiū
fieri possit absqꝫ peccato. Ad primū dubium
rn̄det Aug. li. i. de ci. dei. d. q̄ fuit ⁊ est error
manicheorū tenentiū ꝙ nō sit licitū homini in
terficere bruta ⁊ irrōnabilia. Cuius erroris i/
pietas apparet: qꝛ deus benedictus oia supra
dicta ad vsum hois deputauit. Unde Gen. 9.
d. deus. Crescite ⁊ ml̄tiplicamini ⁊ replete ter
ram: ⁊ sit timor vester atqꝫ tremor sup cuncta
aīalia terre: ⁊ sup oēs volucres celi cū vniuer/
sis q̄ mouent̄ i terra. Oēs pisces maris manui
vestre traditi sūt: ⁊ oē qđ mouet̄ ⁊ viuit erit vo
bis i cibū. Propterea Aug. vbi. s. ait. Justis
sima ordinatōe creatoris ⁊ mors ⁊ vita eoruꝫ
nostris vsib⁹ subdit̄. Ex quo inqt Tho. 2a 2e
q. 64. ꝙ nullus peccat vtendo re sua ad h̄ ad
qđ est

qđ est ordinata. Ex ordinatione aūt diuina: vt
predictum est: generaliter plante sunt ꝑꝑ aīalia
⁊ vtraq; propter hoīem. Usus autem eorum ī
cibum maxime necessarius est: qđ sine occisio
ne fieri non potest. Hinc ⁊ Ar. in. i. poli. in
quit. ꝙ venatio ē quasi qđdam iustum bellum:
quo homo rōnalis rebelles sibi bestias deuin/
cit: ⁊ ad suum vsum conuertit: propter que oīa
in diffinitione dicit̃ ꝙ homicidium ē hoīs ⁊ nō
bruti. Ad secundū dubiū fuere nōnulli qui
dixerūt ꝙ non peccat ꝗ interficit seipsum: qꝛ in
ueniti sunt ꝑstantissimi viri qui sibiipsis mortē
intulerūt. Nā Sanson iterfecit seipsū: vt patet
Judi. 18. Cato censorinus vt dicit̃ in speculo
hocipsum fecit. Idem ⁊ Cato vticensis: vt re
fert Lac. in. 3. li. idipsum cōfirmās de Cleāte.
de Crispo. de Zenone. ⁊ de Empedocle Cur
tius armatus equo in hiatū terre se precipita/
uit: vt Aug. meminit. li. 5. de ci. dei: Sed con
tra hāc opinionē est vitas rei: qꝛ vt inqt. Ale
xan. in. 3. ⁊ Tho. ſa ſe. vbi. s̃. Nulli lꝫ sibiipsi
mortē inferre quadruplici rōne. 1ª hoc est ꝯ rō
nē nālē: qꝛ vnaq̃q; res nitit̃ conseruare seipsā
Unde Ari. in. 2. de aīa ait. Oīa appetunt eē:
⁊ illius cā agūt qcquid agunt ſm naturaꝫ. Et
Boetius in. 3. de consola. Oē nāq; aīal tue/
ri salutem laborat: morteꝫ ꝑniciēq; deuitat. 2ª
rō est qꝛ ē cōtra charitateꝫ: qua vnusqsq; tenet̃
se diligere. 3ª rō ē qꝛ ē contra cōitatem: qꝛ quili
bet hō est ꝑs cōitatis. 4ª qꝛ ē contra deū: sicut
qui alienū seruū interficit. Quare ꝓ nullo ca/
su dꝫ se qs occidere. Neq; ēt occasione vitan
di penā: qꝛ ſm regulaꝫ apl̃i non sunt facienda
mala vt inde eueniāt bona. De Sansone vo
⁊ vginibus qbusdā q̃ tp̃e ꝑsecutionis se in ca
surū fluuium ꝑcipitarūt: ⁊ tamē iter sanctos ha
bent̃. ait Aug. li. j. de ci. dei ꝙ nō peccauerūt
se occidēdo: qꝛ fecerunt illud ex reuelatōe ⁊ in/
stinctu spūs sancti. Cauēdū tamē est hodie vt
nō credat̃ oī spūi: qꝛ diabolus trāsfigurans se ī
angelū lucis multos decipe consueuit. Ad
tertiū dubiū cū q̃rebat̃: vtrū homicidiū fieri po
test absq; pc̃to: dico ꝙ sic ī triplici actu. Pri/
mus dicit̃ casualitatis. Secūdus necessitatis.
Tertius vtilitatis. Primꝰ actus dicit̃ casuali/
tatis: cū qs aliū iterficit nō volūtate sed casu: vt
dicit Ray. ī sūma sua. Casu fit homicidiū: vt cū
qs ꝓijcit lapidē ad auē vel ad aīal ⁊ alius trāsi
ens ex īsperato occidit̃: vel īcidit arborē ad cuiꝰ
casū aliqs opprimit̃. Sꝫ distinguēdū ē: qꝛ īter
ficiēs casu: aut dabat operā rei licite: aut illicite

si illicite: vtputa si ꝓijciebat lapidē v̇sus loca ꝑ
que consueuerūt hoīes trāsitum facere. ⁊ sīlia.
hic homicida reputat̃. vt. 15. q. i. c. merito. ⁊. §.
ex ꝑmissis. Unde si clericus ludo vel exercita
tione viriū: vel venatiōe iaculū mittēs aliū ꝑi/
mit: qꝛ hoc ab eo dꝫ eē penitus alienū: homici
diī reus efficit̃: vt pꝫ. 50. di. c. clerico. ⁊ extra de
ꝑsum. c. i. Si vo iterficiēs casu dabat operam
rei licite: vt qꝛ magister cā discipline v̇bera/
bat discipulū: vel qꝛ deponebat aliqs fenuꝫ de
curru: vel arborē ꝓpriā sibi necessariā incide
bat: ⁊ sīlia. h̃ si adhibuit diligētiā q̄ꝫ potuit: vi
delicet respiciendo ⁊ ꝓclamādo: non nimis tar
de vel remisse: sed tp̃e cōgruo ⁊ alte: ita ꝙ si alī
qs erat ibi vel veniebat poterat fugere ⁊ sibi
cauere: ⁊ magister nō excessit modū ī v̇beran
do discipulū non imputabitur ei homicidiuꝫ si
casu contingat. Si āt dabat opā rei licite: ⁊ nō
adhibuit diligentiam debitam: homicidiū im/
putabitur ei. Huiusmodi distinctio ponitur.
di. 50. c. sepe contingit. ⁊. c. si duo fratres. ⁊ ex
tra de homi. c. Joannes. ⁊. c. quidam vt asse
ris. Secundus actus in quo homicidiū non ē
peccatum dicit̃ necessitatis: cū qs aliuꝫ iterficit
se defendēdo ne occidat̃ ab eo. Notandū tamē
ſm Ray. in sūma sua: ꝙ aut necessitas occidē
di fuit euitabilis: quia poterat euadere absq; oc
cisione: ⁊ tunc est reus homicidii. aut fuit ne/
cessitas ineuitabilis: quia occidit hominem sīi
odij meditatione: imo dolore animi se ⁊ sua li/
berādo: cum alias non poterat euadere: ⁊ sic
occidens non peccat: nec astringitur ad penitē
tiam nisi ad cautelam propter ambiguum du/
plicitatis. vt pꝫ. 23. q. 5. c. excōmunicatorū. Et
licet quidam dixerint ꝙ istud intelligitur de lai
cis tantum ⁊ non de clericis: verūtamen veri
or est opinio ⁊ cōmunior ꝙ clericus interfice/
re potest in necessitate ineuitabili: ⁊ non pec/
cat nec efficitur irregularis: sicut habetur extra
de homi. in. c. significasti. ⁊ extra de senten. ex
com. c. dilecto filio. li. 6. ⁊ in clemē. si furiosus
de homici. quia vt dicitur. ff. de iusti. ⁊ iure. l.
vt vim vi. Uim vi repellere licet cum mode/
ramine inculpate tutele. Tertius actus in quo
homicidium non est peccatum dicitur vtilita/
tis: cum scilicet quis alium occidit vel in bello
iusto pugnando: vel ex auctoritate officij iuris
ordine seruato maleficos puniendo. Nam
Exo. 22. dixit deus. Non patieris maleficos
viuere super terram. Ex quo dicit Tho. secū/
da secunde. vbi supra ꝙ sicut licitum est occi/

dere aialia bruta: inquātū naturaliter ordināť ad vsum hoium: sicut ipersectū ordinatur ad p̄fectum. Sic cū ois pars ordineť ad totū: sicut īpfectū ad pfectū. Ois eni ps naturaliter ē ,p/pter totū. vnde ꝛ pro salute totius corpis lau/dabiliter p̄cidiť membrū putridū. Jccirco cum q̄libet singularis psena cō petur ad totā cōita/tem sicut ad totū vnus homo piculosus cōita/ti ꝛ corruptius aliorū laudabiliť ꝛ salubriter oc ciditur vt bonū cōe seruetť. quare nec iudex pec catores ad mortē cōdemnādo ex debito officij ꝛ amore iusticie. nec minister peccat si iussus a iudice occidat cōdemnatū. vt habeť exp̄sse. 23. q. 5. c. miles. c. cū mister. c. officia. c. lex eterna ꝛ. c. q pcutit. Et vtinam huiusmodi seueritas abundaret i illis ad quos spectat alioꝝ crimīa punire. Verūm̄ hodie puniunť nō rei ꝛ male factores amore iusticie: sed illi tantuz qui lz rei sint fautores tamen non habent.

Qd non solū manu sed etiam multis alijs modis homicidiuz damnabiliter committi potest.

Capitulum. 2.

Ecundū mysteriū ꝺ homicidio aperiē dum diciť modificatio. in quo vidēdū est quot modis homicidiū cōmittitur. Et loquēdo de homicidio ,pp̄rie: dico ꝙ cōmitti pōt tripliciter. p̊ suasione. ƒo auxiliatione. 3° operatione. Primo suasiōe vel consilio. Et fm Guil. hoc itelligiť de cōsilio exhortatiōis vel approbatōis nō de cōsilio simplicis opinatōis. Sigs eni q̄renti alicui in genere an lice/ret xp̄iano clerico vel laico paganū occidere. n̄ aio psuadendi sed exponēdi qd hoc casu senti/ret responderet hoc eē licitum: nō fieret irregularis: lz ille cui taliter respōdisset paganum postea iterficeret ex cōfidentia illius rn̄sionis: licz ēt iste errasset in respōdēdo. Jnno. Vo i glo. sup. c. ad audientiā. extra de homici. dicit sic. Jntelligiť consiliuz vel mandatum dedisse in mortē alicuius: quādo suasit illud. vel roga/uit: vel mandauit: vel alias cōsuluit: vtilitatem q̄z sequereť ex homicidio ostēdendo. Secū/do cōmittiť homicidiū auxiliatōe: cū. s. qs auxiliatur occisori astando: ministrando arma: monendo: cōfortando: ꝛ huiusmodi. Vt. n. diciť Ro. i. Non solū qui faciunt: sed ēt qui cōsentiunt facientibus digni sunt morte. Tertio cō/mittiť homicidiū opatōe: ꝛ hoc multipliciter. Primo veneno aut venenosis medicinis. Sic occiderūt Alexandrū magnū Cassander Philidpus ꝛ Solla filij antipatris fm. Q. Curtiū. Dederūt nāqz in potū venenū sibi: q̊ hausto fm Justinū in media potiōe velut telo confossus ingemuit: deportatusqz ē a cōuiuio semianimis. Maliuoli aūt dicebāt eū ebrieta/te pire. Quarto itaqz die idubitata morte: sentiens tumultuātes milites: q2 rex occidebatur isidijs: pia oratione sedauit: cunctisqz dexterā porrigens eos osculat⁹ ē: sicqz defecit āno etatis sue. 30. Venenosis insup herbis atqz medicinis carnales quedā ꝛ libidinose matres filios suos adbuc i vtero latitātes perimūt. Medici aūt ꝛ aromatarij vel incuria vel negligentia vel malicia dū venenosas medicinas egrotis tribuūt: in hūc errorē ,plabunť. Taceo reliqua que dicere possem tā de mulieribus q̄z de viris: qm̄ sufficere debet eis q venenis vtunť stimulus cōscientie sue. Secūdo cōmittiť ho/micidiū ope cū maleficijs ꝛ icātatōibus. Vidi ego Janue cōbustā ꝛ affixam palo quādā scla uā: que suū dn̄m ac dominā cū his diabolicis supstitiōibus iterfecerat. 3° cōmittiť homici/diū ope pcutiendo manu. Sic Cayn iterfecit fratrē suum Abel vt diciť Gen. 4. ꝛ hoc vtiqz peccatū satis graue est atqz crudele. tū q2 ē contra p̄ceptū dei q ait Exo. 20. Non occidas. tuz q2 est contra opificiū eius q corpus ꝛ aiam mi/rabili sapientia sua vniuit. Est ēt hoc peccatuz contra corpus ,primi ꝛ sepe cōtra aiam eius: q2 dum iterficiť non ē contritus. Est contra parentes iterfecti q excitanť ꝛ cōmouenť ad odiū. Est contra rēpu. q2 homicida oēs leges: oiaqz iura spernit. Est cōtra angelū custodientē qui non paꝝ de suo custodito iterfecto dedignať. O igiť homicida ptinax ꝛ supbe. o peccator ne q̄ssime. o crudelior oi fera pessima cōtine ma/nū tuā: noli seuire i ,primos tuos. Si peccasti hactenus: age penitentiā. Si in ,pposito es occidēdi desine ab ira, ꝛ derelinque furorē: vince teipsum: ꝛ noli peccatū tā horrēdū tāqz deo ex/osum imortali cōmittere. Noui nāqz q̄z plures qui tandē leti facti sunt: eo ꝙ mutauerūt consiliū suū. Propterea dico ꝛ iterū dico. Nolite locū dare diabolo. nolite effundere sanguinē hominis: qm̄ inter cetera peccata homicidiū maximi est nocumenti. Vn̄ posito ꝙ homicida ha/beret i potestate vel destruere celum ꝛ terraz ꝛ oia que i eis sunt: dūmodo talis destructio nō veniret i dānum hominū: vel interficere hoiez maius malū cōmitteret illū interficiendo q̄z deuastando cūcta corpora celestia: ꝛ oia alia q̄ sūt in hoc mūdo. Maiorem siqdē iniuriā faceret

deo hoiem

deo hominē interficiens: q̄ꝫ qui sine hominis
dāno celū priuaret luminaribus suis: aerē vo/
lucribus: terrā arboribus: ꝛ mare aquis.

Quod omnes leges taꝫ diuine q̄ꝫ humane
acriter ꝛ grauissime damnant ac puniunt ho/
micidas. Capitulum. .3.

Ertium mysteriū aperiendū de homi
t cidio dicit̄ punitio. ¶Punit̄ siquidē ho/
micidiū grauiter triplici pena. ¶Primo
pena legali. Secūdo pena cōscientiali. 3°. pena
diuinali. ¶Primo punit̄ pena legali. Scriptū
quippe est in lege veteri Exo. 22. c. Qui ꝑcus/
serit hominē volens occidere: morte moriatur.
Idē dicit lex ciuilis .ff. ad. l. cor. de sicca. l. i. et
C. ad. l. cor. de sicca. l. is qui cū telo. Secundū
vero legē canonicā homicida est irregularis: ꝛ
nō pōt ꝓmoueri: ꝛ eijcitur iā ꝓmotus: sicut pa
tet. 50. di. c. si qs viduā. Et. 51. di. c. aliquātos
ꝛ de pe. di. 1. c. ꝑiculosa. ꝛ extra ne cleri. vl' mo.
c. sententiaꝫ sanguinis. ꝛ extra de homici. c. sic
dignū. ꝛ. c. significasti. Secūdo punit̄ homici
diuꝫ pena cōscientiali. Nā in foro penitētie ſꝫ
Ric. in. 4. homicida astringi debet ad satisfa
ciendū: ꝛ q̄ꝫuis nō possit restituere vitā: obliga
tur tñ ad restituendū alia bona pro illo damno:
cōpensata qualitate lesi: ꝛ quātitate dāni: ꝛ pos
sibilitate dānificantis. Et hanc restitutionē de
bet facere ad arbitriū bōi viri. Et ꝙ talis teneat̄
ad restitutionē patet: q꞉ quāto hō aliuꝫ plus dā
nificat: tanto magis ad restitutionē tenet̄. Bo
na autē corporis bona exteriora excedūt. Sco
tus autē in. 4. di. 15. dicit ꝙ ꝓ satisfactione ho/
micidij expedit homicide primo ꝙ exponat vi
taꝫ suā in causa iusta: vtpote cōtra ecclesie ini/
micos: vel cōtra hereticos seu alios infideles:
ꝛ hoc ordinādo laboreꝫ ꝛ periculū suū in satisfa
ctionē illius quē ipse occidit: vt si cui nō potest
in corporalibus satisfacere: satisfaciat in spūali
bus bonis. Secūdo si p̄dicti casus nō occurrāt
totā vitā suā in oratione ꝛ penitentia debet or
dinare ad illius subleuationē quē ipse occidit.
Tertio quoqꝫ si interfectus alios sustentabat
scilicet patrē vel matrē aut alios sibi ꝓpinquos
seu pauperes: obligat̄ talis interfector omnib⁹
illis ad tantā restitutionē: quantā illis abstulit
ꝑ interfectionē illius. Sed ego puto Scotū oīa
supradicta intellexisse de quadā cōgruitate: nō
necessitate: ꝛ p̄cipue primū. s. de exponēda vita
pro anima interfecti. Quod si ipse intelligi vo
luit de necessitate expedire. Ego salua reueren
tia sua id nō credo neqꝫ teneo. Quoniā vt inqt
Hieronymus ad damasuꝫ papā. Lex iusticie
tenax clemētiā nō habebat: sed quicūqꝫ adulter
fraudator homicida: ꝛ vt breuiter dicam quali
cunqꝫ mortali crimine detinebat̄: nulla venia
penitentie laxabat̄ a crimine: oculuꝫ pro oculo:
dentē pro dente: animā pro aīa iubebat̄ exol/
uere. Sed misit deus filiū suū natū ex muliere
factū sub lege: q austeritatē legis euangelij gra
tia temperauit. hec ille. Et ꝓpterea mihi videt̄
ꝙ occisori penitenti satisfaciat quelibet alia satis
factio sibi iposita ad arbitriū discreti cōfessoris
absqꝫ hoc ꝙ vitā suā exponat periculo mortis:
q꞉ talis obligatio satis esset dura atqꝫ ꝑiculosa.
Induceret nāqꝫ quoslibet homicidas in despa
tioneꝫ: ꝛ deus benign⁹ desperationē maxime
odit q꞉ vt ait Hiero. ad Rusticū monachum.
Nihil sic offendit deū sicut cor ipenitens. So
luꝫ desperationis crimē est qd' veniā cōsequi nō
pōt. Tertio punit̄ homicidiū pena diuinali.
Est vtiqꝫ sepissime deus homicidaꝝ seuissim⁹
vltor ꝛ robustissimus ꝑsecutor: cuius iudicio
fit vt homicide ferientes gladio: gladio feriant̄.
Et omissis q̄ in scripturis habent̄ ꝛ notissima
sunt. ¶Patet etiā hoc in exēplis gentiliū. Cru/
delis ꝛ homicida Cirus ſm Iustinū ¶Pauluꝫ
Horosiuꝫ in bello occisus fuit: eiusqꝫ caput in
vtrē hūano sanguie plenū missum ē. Crudelis
ꝛ homicida Nero: vt diximus in ſmone de an
tixp̄o: interfecit semeipsuꝫ. Domitian⁹ ſm eu/
tropiū ꝛ Horosiū q senatores nobilissimos oc
cidit: multos etiā cōsobrinos suos: a cubicula/
rijs suis occisus est anno etatis sue. 45. Hāni
bal carthaginēsis: q ex crudelitate captiuos ro
manos onerib⁹ ꝛ itinere fessos: vt dicit Vale/
rius sub rubrica de crudelitate: succisa p̄ria ꝑte
pedū relinq̄bat q̊sdāqꝫ fratres ꝛ ꝓpinquos fer
rovsqꝫ ad mortē decertare cogebat: veneno se
extinxit. Nā fugerat post cartaginā deuictā ad
Antiochū regē: ad quē a senatu Romano mis
si fuere legati q regē ad pacē cogerent. Hāni/
balēqꝫ deposcerēt: ꝛ cū Hānibal de fuga atqꝫ
salute oīo desperasset: veneno hausto ꝙ more
regio sub gēma ferebat̄ inclusum obijt: sicqꝫ ab
his q ad eū cōprehendēdū missi fuerāt exani/
mis est inuentus ſm Eutropiū. De interfecto
ribus etiā Cesaris sic scribit Suetonius. Nul
lus fere triēnio supuixit: nullusqꝫ naturali mor
te obijt. Nā pars naufragio: pars p̄lio defun
cta ē. Quidā se illo pugione quo Cesarē vulne
rauerat occiderūt. Diebus etiā nostris mul
ta nobis exempla mōstrata sūt. Ex quib⁹ vnū

tur atq3 dicebat. O anima delicata. o aia insignis & nobilis: ꝓpter te sum fact⁹ homo: pp te sum carne vestitus: ꝓpter te fero quoscūq3 labores: ꝓpter te deniq3 affixus in cruce pēdo. Quare h christus subdit illud Treñ. 3. Recordare paupertatis & transgressionis. i. afflictionis mee: potatōis fellis & absinthij. O ferrea mēs cur nō audis vocē amorosi iesu. Cur illū non inspicis: & pro suo amore ac cōmodo tuo vitia & peccata deponis. Cur sacramentū eius in memoriā ipsi⁹ vt debes nō accipis. Cur nō cōpateris dolorib⁹ cruciatib⁹ & afflictionibus eius. Quibus omnib⁹ grauior est ingratitudo tua. Audi ipsu3 o peccator: audi inquā: audi de cruce ad te clamantē & dicentē secundū Bernar. Vide homo q̄ pro te patior: vide penas qbus afficior: vide clauos qbus cōfodior: nō est dolor sicut quo crucior: cū sit tantus dolor exterior intus est tamē dolor grauior: tā ingratū dum te experior. Ad hanc ergo ingratitudinē euitādam facit cōmunio altissimi sacramēti: quod vt predictū ē signū ē memoratiuū dñice passionis

Secūdo obligātur homines ad cōmunione3 ratione ꝑceptionis. Precepit nāq3 sancta mr ecclesia fidelib⁹ cūctis vt cōmunionē suscipiāt De hoc autē pro varietate tempoꝝ varia facta sunt statuta. In ecclesia siquidē primitiua du3 sanguis xp̄i recens feruebat in corde credētiū cōicabāt oēs quottidie: vt p3 Act. 2. c. & de ɔse. di. 2. c. pacta. Lapsu vo tp̄is vsus cōionis deductus ē ad dies dñicos. Et de h dixit Aug⁹ de cōse. di. 2. c. quottidie. Quottidie eukaristie cōmunionē accipe nec laudo nec vitupo. Omnib⁹ tū dieb⁹ dñicis cōmunicādū hortor. Succedēte vo tpe statutū fuit vt ter in anno hoies cōmunicarēt: videlicet in pasca dñi: natali: & pēte. vt expresse p3 de cōse. di. 2. c. & si nō frequētius. & c. seculares. Notandū tamē q2 qđ dicit de cōse. di. 2. c. in cena dñi. s. ꝙ cōmunicādum erat in die cene: intelligit de cōsilio nō de precepto. Tempore vero in quo charitas refriguit ecclesia obligauit laicos ad cōmunionē tantu3 semel in anno: sicut patet extra. de pe. & re. i. c. omnis vtriusq3 serus. Et tū tāta ē i multis nequitia maleq3 volūtatis obduratio: ꝙ nō solum nō cōmunicant semel in anno: vez etiā sine cōmunione p ānos & annos pdurant. 3° obligātur ad cōmunionē ratione cōminationis. Dicit enī3 xp̄s cōminans Joh. 6. c. Nisi māducaueritis carnē filij hominis: & biberitis eius sanguinē nō habebitis vitam in vobis.

Quod excusant a peccato qui nō cōmunicāt semel in anno propter punitionē vel defectum & de his qui indispositi sunt.

Capitulum secundum.

SEcundū mysteriū declarandū de communione dicitur exclusio. Excludunt etenim a cōmunione nōnulli q cōicare nō debent iuxta statutū ecclesie prefatū. s. semel in anno ꝓpter tria. Primo ꝓpter punitionem Secundo ꝓpter defectionē. Tertio ꝓpter indispositionē. Primo ꝓpter punitionē. Nam nōnullis interdicta est cōmunio semel in anno licet cōtriti sint & cōfessi ꝓpter punitionē ꝑcedētium peccatoꝝ. Vnde. 33. q. 2. c. latorē. dicitur de patricida aut matricida: ꝙ nō d3 cōmunicare vsq3 ad tres ānos. Et vt dic Ric. i. 4. Nulli notorio & manifesto ac infami peccatori cū ad penitentiā reuertitur: ē statim eukaristia ministranda: tū ꝓpter reuerentiā sacramēti: tū vt ꝓbetur cōuersio vera vel ficta: tū ne alij pusilli scādalizentur. Posset tū cōtrariū fieri vbi articulus pietatis vel necessitatis aliqn aliter fieri suaderet: puta q2 esset tā feruida penitentia: cōpunctio & lachrymaꝝ abundātia: ꝙ etiā alios ad deuotionē ꝓuocaret: vel mortis periculū iminēret. Nā in extremo vite nulli penitenti ē eukaristia denegāda: vt ꝓbat. di. 50. c. penitens. et 26. q. 6. c. si p̄sbyter. & c. cognouim⁹. & de elec. in. c. l3. Secūda ratio qre aliq excludunt a cōmunione dicit defectiua: siue defectionis: quādo. s. aliqs deficit sensu aut rōne fatuitatis aut ratione etatis. De etate aūt in qua quis ad cōmunionē sit inducēdus. dicit Alex. in. 4. summe ꝙ standū est arbitrio boni viri: qui potissime cōsiderare habet an ille qui cōmunicare d3 tantā habeat fidē & discretione3 vt distinguere sciat inter sacramentū in quo realiter cōtinetur xp̄s: & materialē panem seu vinū. Tertia ratio quare aliqui excluduntur a cōmunione dicitur indispositionis: q2 non sunt dispositi cū firmo proposito a vitijs abstinere: qui vt dicetur i tertio mysterio si sic cōmunicauerint peccant. Et rursus si nō cōicauerint semel in anno: a peccato nō sunt imunes. Et si dicatur ꝙ nō videtur peccare q cōionē omittit q2 se ad illā indispositū videt: cū h accedat ad sacramēti reuerētiā. Rñdeo & dico ꝙ nō peccat ꝓpter reuerentiā sacri sed ꝓpter indispositionem suam: eo ꝙ quilibet peccator tenet disponere se ad correctionem: et emēdationē. Ex quo dicit Alex. in. 2. summe ꝙ quando peccator cogitat de sua mala vita:

⁊ excitatur intriſecus a dei gratia gratis data ⁊
extriſecus a ṽbis ſcripture: a voce p̄dicatorum
ab exẽplis bonorũ viroꝝ: vt peccata deponat:
ſi i tali actu non agit opam vt conterat̃: de no/
uo mortaliter peccat: peccato. ſ. negligẽtie: ad
quod ſequunt̃ alia peccata. ſ. contẽptus diuine
gratie: obduratio cordis: ⁊ ipenitentia. Jccir/
co friuola ẽ atq̄ꝫ piculoſa excuſatio illiꝰ q̄ dicit
cõicare nolo qꝛ non ſum diſpoſitus peccata re/
linquere. Nã lꝫ non ſit cũ pc̃to cõicandũ: tam̃
a peccato ẽ abſtinẽdũ. O quot detinet illaq̃atoſ
diabolus. o quot ſunt fornicatoreſ. adulteri. ſo
domite. vſurarij. ⁊ ſimiles: q̄ nullã in ſuo cor/
de mentionez faciunt de emẽdatione ſua. O
iſẽſati. o reprobi. o maligni inimici creatoriſ ve
ſtri dei. o damnãdi cruciatibuſ eternis: cur du
ritiã veſtrã voluntatẽq̄ꝫ in malo ꝑſeuerantem
nõ iſpicitis. Flete ſuꝑ voſmetipſos. Flete in/
quã: qꝛ breui ꝓ dilectione momentanea luctis
penas eternas. Heu heu quanta crudelitas:
quãta ipietas: quanta feralitas non ꝯpati pro/
prio piculo: ꝓprio dãno atq̄ꝫ iacture. O luxu/
rioſi domate veſtrã libidinẽ. O auari refrena
te veſtrã cupiditatẽ. O ſuꝑbi deponite iras rã
cores ⁊ odia: ⁊ nolite fugere: nolite contẽnere
xp̄m deũ. Ipſe eſt q̄ ad nos venit. Ipſe nobiſ
offert ſeipſum in ſacr̃o altaris. Sed dicet aliq̄ſ
Ecq̄s ſcire põt ſi ſine peccato ⁊ mũdus ſit. In
q̄t eni ſapies Eccleſiaſtices. 9. Nemo ſcit vtꝝ
odio vel amore dignus ſit. Et Dauid in p̊s.
Delicta q̄s itelligit. Cui ego rñdeo q̄ etſi cer
titudinaliter de cõi lege nullus ſe ſciat eẽ in cha
ritate: tamẽ per cõiecturas ⁊ ſigna põt vnuſq̄ſ
q̄ꝫ id credere atq̄ꝫ tenere. Sunt autez he conie
cture: dolor de peccatis cõmiſſis: propoſitum
ab illis i poſterũ abſtinẽdi: humilis ⁊ diligens
cõfeſſio: prõpta ſatiſfactio: ad bonũ operanduz
expedita volũtas. Verũtñ vt predictũ eſt ſiq̄s
oino ſe ad hoc indiſpoſitũ viderit: a ſacra com
munione omnino abſtineat.

De tribus cõditionibus que precipue obſ
uari debent ab his qui ſanctiſſimum ſacramen
tũ deuote ſumere volunt   Capitulum. 3.

t  Ertiũ myſteriũ declarañdũ de cõione
dicit̃ cõditio. Cõicare ſiquidẽ volen/
tes debẽt corpus xp̄i cũ deuotiõe fide
ac reuerẽtia ſuſciꝑe: q̄bus neceſſaria ſunt ma/
xime tria. Primũ ẽ mundicia. Secũdũ diligẽ
tia. Tertiũ reuerẽtia. Primuz quod cõicãti
bus ẽ neceſſariũ dicit̃ mũditia: que ẽ triplex.
Prima ẽ mũditia mentalis: vt. ſ. mens mun
dã ſit ab oi ꝓpoſito malo ⁊ ab oi actu cuiuſcuñ
q̄ꝫ pc̃i ũ mortali mortalis. Et de hac dicit ap̄ſ
.i. Cor. xi. c. Probet aũt ſeip̄m hõ: ⁊ ſic d̃ pa
ne illo edat: ⁊ de calice bibat. Qui eniz mãdu
cat ⁊ bibit indigne: iudiciũ ſibi manducat ⁊ bi
bit. Notãdũ tamẽ q̄ poteſt quis dici indignus
iſto ſacramẽto dupliciter. Aut rõne ꝓprie iniq
tatis: ⁊ ſic ẽ indignus ois exiſtiſtẽs i pc̃to mor
tali. Aut rõne ꝓprie paruitatis ⁊ ifirmitatis: ⁊
ſic q̄libet ẽt quantũcũq̄ꝫ ſanctus indignus eſt.
Propterea ois cõicans dicit. Dñe nõ ſuz di
gnus. Sed illi q̄ ꝓpter ſuam ipietatẽ ⁊ malitiã
indigni ſunt iudiciũ ſibi manducãt ⁊ bibunt:
dũ ſanctiſſimũ ſacramẽtũ ſuſcipiũt. O ſacerdo/
tes. o religioſi eucharistiã frequẽtantes nota/
te verba: ſignate myſteria. Veh mũdo a ſcãda
lis. Ecquis enumerat quot ſũt q̄ polluto ore p̄
ſumunt accipe corpus xp̄i. Verũtamẽ circa h̃
dubiũ orit̃: vtrũ peccet ſacerdos dans euchari
ſtiam illi quẽ ſcit eẽ in peccato mortali. Et re/
ſpondet Ric. in. 4. q̄ talis peccator aut nõ pe
tit euchariſtiã ſibi dari. ⁊ tunc ſacerdos dando
peccaret. Aut petit: ⁊ tunc diſtiguo: qꝛ aut ſuũ
peccatũ ẽ occultum: aut manifeſtũ. Si maniſe
ſtũ: tunc ſacerdos dãdo ſibi euchariſtiã pecca/
ret: qꝛ legitimã contra ipſum hꝫ exceptionem:
quã ſibi publice obiicer̃ põt. Et accipio hic ma
nifeſtũ non ꝓ oi eo q̄d ꝓbari põt: q̄d magis ꝓ
prie dicit̃ manifeſtabile q̄ꝫ manifeſtũ. Vñ ſi ſa
cerdos ſciret ꝑrochianũ ſuum eẽ i crimine: q̄d
legitime cõtra eũ poſſet ꝓbare: ita q̄ illud crim̃
neſcirent cũ ipſo niſi duo vel tres teſtes ꝑ quos
hoc ꝓbare poſſꝫ: nõ ꝓpter hoc deberet euchari
ſtiã negare illi i publico petenti: qꝛ iã inferret ſi
bi penã ante criminis ꝓbationẽ: q̄d fieri non
dꝫ: vt ponit̃. 11. q. 3. in. c. coꝝ. Sed accipio h̃
manifeſtũ ꝓ notorio. Eſt aũt peccatũ notoriuz
vel ꝑ ſniam vel per cõfeſſionẽ factã in iudicio:
aut euidentiã rei: que tergiuerſatione aliqua ce
lari nõ põt. extra de coha. cle. ⁊ mu. c. vltimo.
Si aũt peccatũ ſuum ẽ occultũ. Aut petit i oc/
culto: ⁊ tunc ſacerdos ſibi dãdo peccaret qꝛ hꝫ
contra eum legitimã exceptionẽ: quã ſibi in oc
culto obiicere põt: ⁊ ipſum dꝫ monere ne petat
in publico: vt habet̃ de cõſe. di. 2. c. nõ ꝓhibe/
at. Aut petit in publico: ⁊ tũc ẽ diſtinguenduz:
qꝛ aut ẽ de aliena ꝑrochia: ⁊ tunc peccaret ſibi
dando. Aut ẽ de ꝑrochia ſua: ⁊ i tali caſu ſacer/
dos tenet̃ ſibi dare: qꝛ cõtra eũ nõ hꝫ legitimaz
exceptionẽ: quã ei in publico obiicere poſſit. ex
tra de offi. iudi. ordi. c. ſi ſacerdos. Sic xp̄us

cõicauit Judã quẽ sciebat ꝓditorẽ: ne peccatũ
eius occultũ panderet: vt dicit. i. q. i. c. xp̃s. ⁊
7. q. i. c. aduersitas. Illi ergo q cũ pctõ morta
li cõicare p̃sumũt: Jude similes efficiunt. Se
cunda mũdicia necessaria cõicare volẽtibꝰ dici
tur cõfessionalis. Debet nãqꝫ qs ante sacramẽ
ti susceptionẽ mũdare se per cõfessionem factã
sacerdoti. Sed hic dubitare ꝯtingit. vtrũ con/
tritus non cõfessus peccet mortaliter cõicãdo.
Et rñdet Ric. ꝙ distinguendũ ẽ: qr aut talis
hꝫ copiam confessoris idonei: ⁊ tempus suffi
ciens ad cõfitendum: ⁊ loquelam liberam: aut
non. Primo suscipiendo hoc sacramẽtũ mor/
taliter peccat: qr ad hoc ꝙ homo sit dignus hoc
sacramẽtũ suscipe: reqritur ꝙ recõciliet deo ⁊
ecclesie: que recõciliatio ẽ ꝑ cõfessionẽ ⁊ abso
lutionẽ. Secũdo modo subdistinguendũ est:
qr aut iminet scandalũ ꝑsone sue: aut cõis: hoc
est populi: aut qr iam incepit sacrũ mysterium
si sacerdos est: ⁊ in quolibet istoꝝ casuũ licitũ ẽ
cõicare cũ ꝓposito cõfitendi. Si tñ nõ adest ali
qs p̃dictorũ casuũ tenet expectare quousqꝫ ha/
beat copiã cõfessoris. ¶ Tertia mũditia q̃ reqri
tur i volẽtibus cõicare dicit corporal'. Pro cu
ius itelligentia notandũ s̃m Boñ. ⁊ Ric. i. 4
di. 9. ꝙ alia est imundicia corꝑalis que ẽ cõiũ/
cta spũali: sicut pollutio ꝓueniẽs ex crapula: vl'
ex turpibus cogitationibus p̃cedentibus: ⁊ cũ
hac nõ lꝫ ad sacramẽtũ accedere. Alia ẽ imun/
ditia pure corꝑalis nullũ horrorẽ imũdicie i aĩa
generãs: vt imũditia in pede: ⁊ hec nõ ipedit.
Unde pollutio ꝓueniens ex ifirmitate: vel de
bilitate nature nõ ipedit vsum sacramẽti: licet
laudabile sit ob reuerẽtiam abstinere. Similit
imũditia mẽstruoꝝ nõ ꝓhibet mulierẽ cõicare
qr ẽ imũdicia pure naturalis. Simile põt dici
de illa ifirmitate que Leuitici. 15. vocat fluxꝰ
seminis. Et si diceret ꝙ tales i veteri lege re/
putabant imũdi: ⁊ arcebant ab ingressu i tem/
plũ: ⁊ ab esu agni. Rñdent prefati doc. ꝙ istd
non tenet hodie: qr lex data ẽ in onus ⁊ i figu/
ra: ⁊ per illas imũdicias significabant imundi
tie spũales. Dicit tamẽ Boñ. ꝙ deus diligit
mũdiciã corporalẽ que excitat deuotionẽ men
tis: ⁊ abhominat imũditiã corporalẽ: que ẽ via
ad irreuerẽtiã mentis. vnde q imũdis mani/
bus tractaret corpus xp̃i propter irreuerẽtiaꝫ
sacramẽti nõ eẽt imunis a peccato. ¶ Secũduꝫ
principale qd requirit ⁊ ẽ necessariũ cõicantibꝰ
dicit diligentia: que adhuc triplex eẽ põt. Pri
ma ẽ diligentia examinatõis. Debet quidẽ q̃li

bet q vult cõicare exaĩare diligenter seipsum:
vt cõfiteat de oĩbus peccatis mortalibus de q/
bꝰ memor eẽ põt: qm̃ si qs omisisset cõfiteri ali
qd peccatũ mortale ꝓpter suã voluntariã negli
gentiã: lꝫ ꝑsuaderet sibi ꝙ ꝓpter cõfessionem
alioꝝ eẽt mundus: cõicando peccaret mortalit
⁊ si qs facta diligentia sua nõ recordaret nisi d
vno peccato: ⁊ de illo dũtaxat cõfiteret i ꝑticu/
lari: ⁊ de oblitis in generali cõicando grãꝫ xp̃i
obtineret s̃m Scotum i. 4. di. 9. Jmmo mul/
totiẽs oblita peccata ꝟtute sacramẽti ad memo
riã reducunt. Et tũc tenet homo post susceptũ
corpus xp̃i q̃ꝫcitius põt cõfiteri de illis i spãli:
quod ẽt tactũ est a nobis: dũ diximus de reite/
ratione cõfessionis. Secũda diligentia ẽ fer/
uentis oratõis. Debẽt vtiqꝫ q cõicare habent
per aliquod spaciũ ante orare feruẽter. Ter
tia diligẽtia ẽ pie meditationis. Debent ẽt pie
meditari ⁊ contẽplari clementiam ⁊ amorẽ do
mini nostri iesu xp̃i qui nobiscum eẽ dignat in
venerabili sacramẽto. Tertium quod ẽ neces
sariũ cõicantibus dicit reuerẽtia. Debent nan
qꝫ corpus christi sumere cũ reuerẽtia ⁊ honore
genuflexi videlicet ⁊ pectora sua tundẽtes. di.
Cẽturionis verba Math. 8. Dñe nõ sum di
gnus ⁊c̃. Et de hoc deuotissimũ est exẽpluꝫ il/
lud: menteqꝫ sollicita speculandũ: quod de bea
to Hiero. Eusebius in eius transitu narrat.
Scribit eni sic. Quidã frater ad locũ accedens
sanctissimũ corpus iesu christi secuꝫ tulit: quod
vbi Hiero. vir dñi videre potuit: nobis ei au
xiliantibus ꝓstrauit se in terrã pronus ⁊ vo
ce ⁊ lachrymis quãtũ poterat clamabat. d. Do
mine quis ego sum vt sim dignus ꝙ sub tectũ
meũ intres. Meruit hoc peccator homo. Cer
te dñe non sum dignus. Nũqd ego melior suꝫ
q̃ꝫ oẽs patres mei. Tu Moysi noluisti vno
ictu oculi te mõstrare. Cur nunc tm̃ te humili/
as: ⁊ patiaris ad hoĩem descendere publicanũ
⁊ peccatorẽ. Cũqꝫ proximus eẽt sacerdos: eri
gens se vir religiosus genibꝰ flexis cũ cunctis
tenẽtibus magnis lachrymis ⁊ suspirijs: ⁊ q̃ꝫ
pluries ꝑcutiens pectus suũ dixit. Tu es dñs
meus ⁊ deus meus q pro me passus es: an for
te alius. Certe tu es ille: qui cũ deus esses solꝰ
ante tp̃a ⁊ sine pricipio genitus a deo patre eter
na ⁊ inuestigabili generatõe: q cum ipso patre ⁊
spiritu sancto vnus deus es ꝑmanens illd qd
eras ⁊ es. Jntra vnius puelle corpusculum te
clausisti factus homo. Tu nempe es ille quem
in Jordane baptizante Joanne vox subito p/

terna celitus intonuit. Hic inquiens est filius
meus dilectus: in quo mihi bene complacui:
ipsum audite. Et spiritus sanctus in te in colū
bę specie descendēs te esse vnum cū patre ꝛ idē
in substantia declarauit. Tu bone iesu ꝓ me
crucis tam grandis in tuo isto quod cerno pn̄s
corpore supertulisti supplicium: vt mortē quaꝫ
meis incurreram flagitijs interimeres: ꝛ ani/
mas antiquorū quas dudum diabolica neqtia
infernalibus mansionibus detinebat recupa/
res: ꝛ totam humanam naturā: que corruerat
in mortē perpetuam: tuo cuꝫ ipsa pacificato pa
tre: ad vitaꝫ interminabileꝫ reuocares. Tu es
vita vitalis ꝛ amabilis: atqꝫ iucunda. Multaqꝫ
alia addidit verba mysterijs deuotissimis plēa
quibus finitis vir domini gloriosus sacramen
tum suscipiens ad terram supinus redijt. Dei
de manus in modum crucis supra pectus te/
nens Symeonis ꝓphete vaticinium decāta/
uit. Quo finito appente luce quadam mirabili
ex hac vita migrauit. Elaboremus itaqꝫ oēs:
vt cū omni deuotione qua possumus sacramē
tum hoc frequentemus: vt sic mereamur i hoc
seculo participes fieri diuine gratie: ꝛ in futu/
ro sempiterne glorie: in qua videbimus deum
sicuti est: qui viuit ꝛ regnat per omnia secula se
culorum. Amen.

Dominica oliuarum in mane. de contem
ptu mundi: ad quem nos xp̄s rex regum indu
xit verbo pīter ꝛ exemplo. Sermo. .62.

Ecce rex tuus venit ti/
bi mansuetus
sedens super asinā. Scribunt
hec verba Math. 21.c. ꝛ in
euāgelio hodierno. Inuigilā/
dum ē accuratissime ab oibus
nobis: ne decipiamur a blāditijs ꝓditoris mū
di. Allicit eqdem nos apparenti suauitate: dul
ciqꝫ armonia bonorū tpalium. Cui si p̄bueri/
mus aures mentis imemores facti glorie cele
stis: ruemus in pelagus vastissimū inferni te/
nebrosi: sicut illi qui syrenarū cantus nō curāt
euitare. De qbus sic dicit Hiero. ad matrem
ꝛ filiam in galijs cōmorantes. Narrant genti
lium fabule cātibus syrenarum nautas in saxa
precipites. ꝛ ad Orphei citharā arbores be/
stiasqꝫ: vt silicū dura mollita. Hinc ꝛ Hiero.
i prologo Josue dicit. Nos ad patriam festi/
nātes mortiferos syrenarum cantus surda de
bemus aure ptransire. Propterea saluator no
ster in oi vita sua vbo pīter ꝛ exemplo contē
nere mundū nos docuit. Pro cuius cōtēptu
hac die mansuetus ꝛ humilis sedere voluit su
per asinam. Et qm̄ rarissimi sunt qui eius exē
plum sequātur: pluresqꝫ inueniunt dilectores
q̄ꝫ contēptores mundi. Iccirco in presenti ser
mone de mundi cōtēptu dicemus: notabimus
qꝫ tres principales rōnes quare sit cōtēnēdus
Prima rō dicit diuine ordinationis.
Secunda finalis consūmationis.
Tertia maligne conditionis.

Quod mundus contēnendus est: eo ꝙ deus
ita ordinauit: ꝛ ꝙ causa productiua mundi ꝛ tē
pore ac vnitate. Capitulum. .i.

Prima rō quare cōtēnēdus ē mūdus
dicit diuine ordinationis. Ordinauit
eni deus vt hō diligeret ipsum deum
sūmum bonū: non āt mundum. Vñ magister
sen. i. di. secundi li. ait. Fecit deus rōnalē crea
turā vt sūmū bonū intelligeret: itelligēdo ama
ret: amando possideret: possidendo frueretur.
Sed pro huius ptis pleniore itelligētia tria sūt
de mūdo declaranda. Primū dicitur cālitas.
Secūdū tpalitas. Tertiū vnitas. Primū de
clarandū dicit causalitas. vtrū. s. cā efficiēs ꝓ/
ductiua mūdi fuerit ipse deus. Et circa hoc sūt
tres opiniones. Prima phoꝝ. q nesciētes in
telligere quō aliqd fieret ex nihilo: sunt multa
falsa de mundo locuti: sicut patet de Democri
to ꝛ Epicuro. q vt lactantius ait. i. di. insti. di
xerunt oia fortuitu eē facta. Cōtra quos licet
alij phi dixerint mūdū eē factum: ut pꝫ p̊ de ce
lo ꝛ mūdo. ꝛ 8o methaurorū. tamē errauerūt
aliq asserentes illū factū esse a deo de sui essen/
tia. Sed hec positio sequentibus phis appuit
iprobabilis: ꝙ dei essentia nobilissima ꝛ oino i
uariabilis fieret corporaliū ꝛ variabiliū mate/
ria: que de se est iperfecta: nisi pficiat per for/
mā. Anaxagore aūt opinio fuit vt dicit Ar. i.
phicorū. ꝛ. 2. de aia. ꝛ in. i. de generatione ꝙ
mūdus erat factus ex pricipijs existētibus. s.
materia ꝛ forma. Sed forme latebāt in mate/
ria anteq̄ꝫ itellectus illas distingueret. Plato
nici vo posuerūt mundū ex principijs existen
tibus materia ꝛ forma: sed materiā posuerunt
p se: ꝛ formas sepatas. Thales milesius vt re
fert Lactantius. li. i. di. insti. dixit deū ex aqua
cuncta formasse. Vnde materiam rerum posu
it in humore: ꝛ principiū cāmqꝫ nascendi con
stituit in deo. Omitto qd senserit Crisippus:
qd Cleantis: qd Zeno: qd Empedocles ꝛ cete
Eatus qui non fuerit etc. vbi supra. Magna est multitudo et numerus pene incredibilis eorum qui eterno bono priuantur quoniam xpm credere noluerunt: cum tamen vt apostolus docet ad Heb. 11. sine fide impossibile est placere deo. Ipsa namque est que intellectum illuminat: menti veritatem referat: et animam ducit ad noticiam eorum que necessario sunt cognoscenda pro obtinenda salute. Et quoniam qui sine fide viuit vel in aliquo articulo fidei dubitat: vt notatur extra de hereticis. c. primo. infidelis simpliciter est. Idcirco in presenti sermone dicturi sumus contra eos qui fide integra carent: et in xpo scandalizantur. Pro quibus ponemus fructum qui est. Jesus fide cognoscitur. Ad quod plene intelligendum tres conclusiones erunt notande.

Prima conclusio dicitur paruitas.
Secunda conclusio dicitur sublimitas.
Tertia conclusio dicitur superioritas.

Quod proprio ingenio christum cognoscere non possumus. Capitulum. I.

Prima conclusio dicitur paruitas. In qua scire debemus quod xpm per fidem cognoscere possumus. Ingenio autem proprio nequaquam: quia intellectus rationalis creature per semetipsum ad talem noticiam extendere se minime valet. Nisi diceremus secundum eos qui fatui sunt quod intellectus noster intelligit omnia quod est falsum Et falsitas ista haberi potest si consideretur quod triplex est intellectus.

Primus est intellectus diuinus.
Secundus est intellectus angelicus.
Tertius est intellectus humanus.

Primus intellectus est diuinus: de quo dicit Scotus. di. 2. primi li. quod est infinitus: et cognoscit quodcunque intelligibile perfectissime: quantum est intelligere in se: et vnico actu intelligendi intelligit semetipsum et omnia. Quod etiam late declarat sanctus Tho. li. primo contra gentiles. c. 24. Et quia esse dei est infinitum ipse solus se infinite intelligit. Secundus intellectus est angelicus: de quo dicit Dionysius in li. de diui. no. quod est deiformis. Quod ideo dicitur secundum Bon. in. 2. dis. 3 non quia habet deiformitatem quam habet intellectus gloriosus per assimilationem que est in statu perfecto: sed quia sine susceptione specierum per illud quod habet in se actu cognoscit. Ex hoc angelus naturali cognitione diuinam essentiam videre non potuit in claritate sua: tum quia hec cognitio est primum

premiū: quo habito mens creata quiescit tanq̄
beata ⁊ ꝑfecta: ſm illud Joh. 17. Hec eſt vita
eterna vt cognoſcant te deū veꝝ. Angelus aūt
nō erat ꝑ naturā beatus: ideo hoc p̄miū nō ob/
tinuiſſet niſi gratuita dei influentia: tū q2 diui/
na lux ꝓpter ſui eminentiā eſt inacceſſibilis vi/
ribus omnis create nature: ⁊ ꝑ q̄ndā benigni/
tatis cōdeſcenſionē facit ſe cognoſci: ita ꝙ i illa
cognitione cognoſcēs multo plus agat q̄ agat
Jlla aūt cōdeſcenſio bonitatis qd gratuitū dicit
ſed cōſtat ꝙ nō dicit diuine eſſentie humiliatio
nē: q2 nō pōt minorari ſed dicit alicuius radij
gratuitā imiſſionē: ꝓpter quā anima clare co/
gnoſcit cū eſt imiſſio abūdātia ſicut eſt i gloria.
Tuꝫ etiā nō vidit angelꝰ naturali cognitōe diui
naꝫ eſſentiā: q2 ꝓximior eſt deo aīa habēs gra/
tiā q̄ ſit angelus habēs ſola naturalia. Anima
vō exuta cū gr̄a nō pōt aſpicere lucē ſummā ni
ſi adiuuet̃ ꝑ gloriā: ſicut pꝫ de his q fuerunt in
limbo: ⁊ de alijs q ſunt in purgatorio. A fortio
ri ergo nec angelꝰ hꝫ cognitōeꝫ de diuina eſſen
tia ꝑ naturaꝫ: ſꝫ cognouit deū tūc in puris natu
ralibus ꝯſtitutus ꝑ ſpeculū claꝝ ⁊ ꝑ veſtigiū. ſꝫ
Boñ. in. 2. vbi oñdit̃ limitatio intellectꝰ angeli
ci: q2 nō extendit ſe ad itelligēdū eſſentiā diuinā
eo mō quo itelligit intellectꝰ diuinꝰ. Inſuꝑ etiā
in gloria vnꝰ angelus magis itelligit q̄ aliꝰ: q2
vt vult Dio. li. de ange. hier. diuine reuelatōeſ
fiunt a deo i mēte ipſi ſeraphin: illas vō cōicat
cherubin: ⁊ ſic ſm ordinē ſuꝑiores iferioribus
reuelant. Tertius intellectꝰ dicit̃ humanꝰ: q
longe inferior eſt intellectu angelico: q2 cogno
ſcit res i tpe: ⁊ cū diſcurſu rati ocinādo: q tn̄ nō
eſt equalis i oībꝰ rōne vtentibꝰ: q2 qđ vnꝰ ſcit al
ter ignorat: nec etiā aliqs ita eſt doctꝰ: qn poſſit
fieri doctior: ſm illud ꝓuer. i. Audiēs ſapiens
ſapientior erit: vñ refert Hiero. de Themiſti
de pħo ſcribens ad Nepotianū: ꝙ cū expletis.
127. annis ad morteꝫ appropinquaret: amare
flebat dicēs: ſe tūc e vita migrare: cū aliqd ſci/
re inciperet. Quo exēplo mouemur ꝙ nō niſi
fatue exiſtimāt qdā ſe oīa ſcire: ⁊ illa putant eſſe
q̄ ipſi intelligunt: ⁊ q̄ nō intelligunt oīo nō eē.
Jſti ſunt q ſpiritu ſuꝑbie ⁊ p̄ſumptiōis decepti
a vitate fiūt alieni: q2 vt dicit Berñ. ſuꝑ cātica.
Suꝑbo oculo vitas nō videt. Et Aug. 7. cō/
feſſionū. ſemetipſuꝫ de tali errore redarguit di/
cendo. Tumore meo ſeꝑabar a te: ⁊ nimis iſla
ta facies claudebat oculos meos. Cū itaq̄ oīuꝫ
intellectꝰ nō ſint equales: oꝫ vt oēs fide iuuent̃
Qđ ea q̄ de xp̄o cognoſcunt̃ ſunt ita ſubli/
mia ꝙ excedunt capacitateꝫ humanā: ideo ne/
ceſſe eſt ipſum fide cognoſcere. Caplm. .2.

s Ecūda cōluſio dicit̃ ſublimitas. Ne/
ceſſe eſt eniꝫ ieſuꝫ fide cognoſcere: q2
ea que de ipſo dicunt̃ adeo ſunt ſubli/
mia vt hominis naturalē capacitatē excedant.
Quod cōueniens eſſe oſtendit Tho. in. i. ꝯtra
gentiles triplici ratione.
Primo ratione ordinationis.
Secūdo ratione vere cōditionis.
Tertio ratione delectationis.
Primo equidē decens fuit hominibꝰ ꝓpo
ni fide tenenda ea q̄ ſupra naturales animi vi/
res ſunt ratione ordinatiōis. Ordinamur. n.
ad alterius bonū q̄tum experiri in p̄ſenti vita
poſſumus. Ideo oportuit mente euocari in ali
quid altius q̄ ratio noſtra ꝑtingere in p̄nti poſ
ſit: vt ſic diſcamus in illud ſtudiuꝫ tendere: qđ
totuꝫ ſtatū preſentis vite excedit. Et hoc preci/
pue xp̄iane religioni cōpetit: q2 ſingulariter do
na ꝓmittit. Secūdo hoc cōueniens fuit ratio
ne vere cōditionis: ad dei. ſ. veriorē cognitionē
habendā. Tunc enim ſolū deum in p̄ſenti vere
cognoſcimus: quādo ipſum eſſe credimꝰ ſupra
omne illud qđ de deo cogitari pōt ab homine:
eo ꝙ naturalē hominis cognitionē diuina ſub
ſtantia excedit. Tertio illud fuit cōueniēs ra/
tione delectatōis. Noticia nāq̄ diuinoꝝ ē val/
de delectabilis. Unde. Ar. x. ethicoꝝ. c. 7. cō
tra Symonidē pħm dicit: ꝙ hō ad diuina ⁊ im
mortalia tendere debet q̄tū pōt. Hic ſymoni/
des dimittendā homini dicebat ſuꝑioꝝ cogni/
tionē: ⁊ humanis rebꝰ ingeniū applicāduꝫ: in/
quiens humana ſapere hominē ⁊ mortalē mor
talia. Et. xi. de animalibꝰ Ar. dicit: ꝙ q̄uis pa
ruꝫ ſit qđ de ſubſtātijs ſuꝑioribꝰ ꝑcipimꝰ: illud
tn̄ modicū ē magis amatū ⁊ deſideratuꝫ omni
cognitōe: quā habemꝰ de ſubſtātijs inferioribꝰ
Et i. 2. de celo ⁊ mūdo ait: ꝙ cū de corꝑibꝰ cele
ſtibus q̄ſtiones ſolui poſſunt ꝯuenit audiri: vt
vehemēs ſit gaudiū eiꝰ: oñdēs ꝙ de rebꝰ nobi
liſſimis q̄tūcūq̄ iꝑfecta cognitio: maximā ꝑfe
ctionē ⁊ delectatōeꝫ aīe ꝯfert. Multo magis er
go cognitio diuinoꝝ ſecretoꝝ q̄ fide hēri pōt.
Qđ cōfirmādo p̄dicta: fidei ſacramenta ſu/
perant altitudinē humani itellectus. Ca. .3.

t Ertia cōcluſio dicit̃ ſuꝑioritas. Ex di
ctis in prima ⁊ in ſecūda ꝯcluſione cō
ſtare pōt ꝙ fidei ſacramēta ſuperant
altitudinē humani intellectus: ideo rōne demō
ſtratiua cognoſci nō poſſunt. Oportet ergo: vt
ſimplici

simplici fide ⁊ nõ sophistica interrogatione su/
scipiant. Jdeo scribit. i. c. de sum. tri. ⁊ fid. ca.
vbi glo. ait. Vbi ratio deficit supplet fides. Et
hoc Hilari⁹ li. de trini. ait. Neqꝫ celestiũ per se
scientiã humana imbecillitas ꝯsequit. Nã visi/
biliũ intelligẽtiã ipse sibi corpaliuꝫ sensus assu/
mat. Nõ. n. subeãt ingenia nostra in celesti sciẽ
tia: neqꝫ incõprehẽsibilẽ ꝟtutẽ sensu aliquo in
firmitas nostra cõcipiet. Neqꝫ pp h irrationa/
biliter mouent q sic credũt ea q̃ humanã rõneꝫ
supant: qꝛ vt ingt Vgo de sancto Vic. lib. 1. 3.
parte. c. 24. circa credẽda q̃dã sunt extra rõnẽ:
vt necessaria: q̃dã secundũ rationẽ: vt pbibita:
q̃dã ꝯtra rationẽ: vt icredebilia: q̃dã supra ra/
tionẽ vt mirabilia ⁊ diuina. Si ꝟo dicat ꝙ in fi
de pponit aliqd qd etiã humana ratione inue/
stigari possit: vt deũ esse: ⁊ tñ credẽdũ nobis p
ponit: tradere ergo saltẽ ista tãq̃ credẽda videt
esse supfluũ. Ad h rñdet sanct⁹ Tho. 2. 2. q. 2.
ꝙ necessariũ ẽ homini accipe p modũ fidei etiã
q̃dã q̃ naturali ratione pbari pñt triplici ratiõe.
Primo pp generalitatem.
Secũdo pp velocitatem.
Tertio pp securitatem.
Primo pp generalitatẽ. Quia noticia fidei
põt esse generalior ⁊ cõmunior. Si. n. veritas
solũmodo rationi iquirẽda relinqueret: paucis
hominib⁹ inesset noticia dei. Secũdũ. n. Tho.
primo cõtra gẽtiles. c. 4. a fructu studiose inq/
sitionis q̃ est iuentio ꝟitatis plurimi ipediunt
trib⁹ de causis. Quidã siqdẽ pp cõplexionis in
dispositionẽ: ex qua multi sunt naturaliter indi/
sposti ad sciendũ. Vnde nullo studio ad hoc p
tingere possent vt summũ graduꝫ humane co/
gnitionis attingerent: q in cognoscẽdo deũ cõ/
sistit. Quidã ꝟo impediunt necessitate rei fami
liaris. Oportet. n. inter homines esse aliquos
q tpalibus administrãdis insistant: q tantũ tp̃s
in ocio cõtemplatiue inquisitiõis nõ possent ex/
pendere: vt ad summũ fastigiũ humane inqui/
sitiõis ptingere possint. s. dei cognitionẽ. Qui
daꝫ autẽ impediunt pigritia. Ad cognitionem
eniꝫ eoꝝ q̃ de deo ratio inuestigare põt: opor/
tet multa p̃cognoscere: cũ fere totius phie cõsi/
deratio ad dei cognitionẽ ordinetur. Propter
qd metaphisica q̃ circa diuina versat: inter phi
losophie ptes vltima remãet addiscenda. Se
cunda ratio est ppter velocitatẽ. Velocius. n.
fide q̃ꝫ ratione cognoscit deus ⁊ citius. Naꝫ q
ad p̃dicte veritatis cognitionẽ ratione vellent p
uenire: vix post longũ tempus id possent attin
gere: tuꝫ ppter multa q̃ exigunt vt dictũ est: tũ
etiã qꝛ tempore iuuentutis diuersis passionum
motib⁹ anima fluctuans nõ est apta ad tam alte
veritatis cognitionẽ: sed in quiescendo fit pru/
dẽs ⁊ sciens: vt habet. 7. phisicoꝝ. Tertia ra
tio est ppter securitatẽ qꝛ noticia fidei ẽ securior
inuestigatione rationis. Plerũqꝫ enim tali in/
uestigationi falsitas admiscet ppter debilitateꝫ
intellectus nostri in iudicãdo: ⁊ fantasmatũ per
mixtionẽ. Et ideo oportuit: vt p viã fidei veri/
tas elucescat. Hinc apostol⁹ ad Eph. 4. Non
amplius ambuletis sicut ⁊ gentes ambulãt in
vanitate sensus sui: tenebris obscuratũ haben/
tes intellectũ. Igit humiliet vnusquisqꝫ mentẽ
suã: deponat omnes coriositates animi sui: abij
ciat quilibet p̃sumptionẽ a se: ⁊ cũ de xp̃o sense/
rint fide videant ppter rationis debilitatẽ. Sꝫ
nescio quid dicã de multis q nullo argumento
flecti possunt ad credendũ que credere obligan
tur. Nisi forte dixerim eos excecatos vel sup/
bia: vel auaricia: vel luxuria: a qbus cũ abstine
re nolint id credunt qd volunt. Hoc nãque so
lum eẽ videt maloꝝ refugiũ. Quapropter nos
verã fidẽ habeamus: vt deũ in celo videre pos
simus q est benedictus in secula seculoꝝ. amẽ.
Sabbato post secundã dominicã de aduen/
tu. Sermo de sequela xp̃i: ꝯtra falsos xp̃ianos
qui dicunt se in xp̃m credere quẽ tamẽ in opi/
bus virtutũ nolunt imitari vnde in xp̃o merito
scandalizantur.

Fructus. 14. Jesus est imitandus.

Eatus qui nõ fuerit scandali/
zatus in me: vbi supra. Osten
dunt quidã se in hac vita xp̃m
diligere: ⁊ in ipsum credere ver
ba pferendo: sed opib⁹ ipsi cõ
trariant: qm̃ vitiosius viuũt: vitaqꝫ eoꝝ est re/
prehensibilis valde: atqꝫ in his que dei sunt fa/
cillime fatigant: adeo vt nec in minimo labora
re velint pro adipiscenda gloria sanctorum: pro
quibus in presenti ſmone dicturi sumus de se/
quela iesu christi: quia vt Jac. ait. 2. c. fides sine
operibus mortua est. Non enim pdest nobis
christuꝫ cõmendare: christũ laudare: christũ ma
gnificare: xp̃m nominare: nisi ipsuꝫ fuerimus
imitati. Erit itaqꝫ huius ſmonis fructus. Je/
sus est imitandus. Nã q ipsuꝫ sequit in illo nõ
scandalizatur: pro cuius declaratione circa xp̃i
sequelã tres cõclusiones notabimus.
Prima cõclusio dicitur determinatio.

Secunda cōclusio dicit̄ ratio.
Tertia cōclusio dicit̄ retardatio.
Quod debemus imitari xp̄m: nō tñ in omni/
bus sz ex necessitate in obseruantia humili diui
noꝝ cōsilioꝝ ⁊ operibus ꝑfectionū. Ca. .I.
Rima conclusio dicit̄ determinatio.
p In qua expedit scire in quo debemꝰ
xp̄m seq. De quo Petrus ait. i. Pe
tri. 2. c. Xp̄s passus est pro nobis vobis relin/
quens exēpluz: vt sequamini vestigia eius. Et
Joh. prima canonica. 2. c. Qui dicit se in xp̄m
credere: debet sicut ille ambulauit: ambulare.
Et Lactantius. 7. li. diuinaꝝ institutionū ait.
Pater. n. noster ac dn̄s qui cōdidit firmauitq̄z
celū: qui libratā magnitudine sua terrā vallauit
mōtibꝰ: mari circundedit: omniaq̄z distinxit: ⁊
q̄cq̄d est in hoc opere mūdi cōflauit atq̄z ꝑfecit.
Qui ꝓspectis erroribꝰ hominū ducem misit vt
nobis iusticie viā panderet. Hunc sequamur
oēs hunc audiamꝰ: huic deuotissime pareamꝰ
quoniā solus vt ait Lucretius. Veridicis ho/
minū purgauit pectora dictis. Et finez statuit
torpedinis atq̄z timoris. Exposuitq̄z summum
bonū quo tendimus oēs. Qui formā atq̄z viā
monstrauit limite ꝑuo. Quo possemꝰ ad id re/
cto cōscendere cursu. Nec tantū ōndit sz p̄cessit
ne quis difficultatis gratia iter veritatis horre/
ret. Et Greg. dicit. Qui xp̄i vestigia dedignā
tur sequi: qua temeritate sperant ad eiꝰ claritatis
gaudia cōsequenda ꝑuenire. Et in euāgelio ip
se saluator ait Joh. 8. Ego sum lux mundi: q se
quit̄ me nō ambulat in tenebris. Et Joh. 13.
Exemplū. n. dedi vobis vt quēadmoduz ego
feci ita ⁊ vos faciatis. Ex his remanet dubius
animus: in quo debeamꝰ xp̄m sequi: cū xp̄s ie
iunauerit quadraginta diebus ⁊ quadraginta
noctibꝰ: ⁊ nihil comedens vel bibens: in deser
tuz locū ad orandū accesserit: animā suā ꝑsecu/
toribus obtulerit: fueritq̄z multipliciter illusus:
flagellatus: cōtumelijs affectus: in medio duo
ruz latronū crucifixus: ⁊ tandē ꝓ nobis cū ama
ro dolore mortuus. Si ergo debemꝰ xp̄m seq:
nunq̄d ⁊ talia pati obligati sumꝰ: ita vt aliter nō
possimus saluari. Ad qđ est notanduz illud qđ
dicit dn̄s Boñ. in quodā libello suo: qui intitu
latur apologia pauperꝝ: q in xp̄o contingit tres
actus reperire.
Primi respiciūt dignitatē excellentie.
Secundi cōdescensionē misericordie.
Tertij informationē ꝑfecte vite.
Primi actus in xp̄o respiciunt dignitatē ex
cellentie: vt illi in q̄bus apparet sua potētia: sic
opera miraculosa: vel sapiētia: sicut reuelatio se
cretoꝝ cordis: vel seueritas iudicij: sicut eijcere
vendentes ⁊ ementes de tēplo: ⁊ dura increpa
tione ferire pontifices. vel auctoritas officij: si
cut sacramentū cōficere: ⁊ manꝰ īponere: ⁊ re/
laxare peccata. Que oia xp̄o cōueniunt: q2 ipse
erat deus omnipotens: erat hō: ⁊ ex gr̄a vnio/
nis oia sciēs: erat iudex ⁊ erat sacerdos. Se/
cundi actus in xp̄o respiciunt ꝯdescensionē mi
sericordie. Nā xp̄s nuptijs interfuit: comedit
cū phariseo Luc. 7. in domo Marthe ⁊ Mag
dalene multotiēs hospitabat̄: ibiq̄z comedebat
apposita sibi cibaria. Comedit cū publicanis ⁊
peccatoribꝰ: vt patet Math. 9. Et quādo come
dit in domo Mathei pharisei murmurabāt di/
centes: quare cū publicanis ⁊ peccatoribꝰ man
ducat magister vester. Habebat tunicā incōsu
tilem nō rudē nec hispidā. Cōuersabat̄ iter ho
mines: ⁊ tandez cū peccatoribꝰ loquebat̄. Que
oia ipse fecit nō tanq̄z imꝑfectus sz ꝑfectissimꝰ.
Et huiusmodi opa i ipso imꝑfecta nequaq̄z fue/
runt: q2 sicut bonū dicit̄ tripliciter: ita ⁊ malum
tripliciter: ⁊ sicut ꝑfectū dicit̄ tripliciter ita ⁊ im
perfectū tripliciter. Est enim bonū ex genere vt
actus transiens sup debitā materiā. Vt ire ad
ecclesiā: dare elemosynam: ieiunare: ⁊ similia.
Est etiā bonū ex circūstantia: sicut actus circun
stantijs debitis informatus: vt occidere homi/
nez ꝓpter iusticiā: q2 lex ita iubet. Est etiaz bo/
nuz ꝺm se: qđ nullo mō pōt fieri male: vt est di
ligere deū: est opus ꝟtutis ex radice charitatis
ꝓcedens. Similiter malū aliquid est ex genere
vt actus transiens sup materiaz indebitā: sicut
occidere hominē. Est malū ex circūstātia: sicut
dare elemosynā diuiti: pauperibus fame peri/
re ꝑmissis: ⁊ ieiunare ꝓpter inanē gloriā. Et ē
maluz ꝺm se: ⁊ est illud qđ nullo modo pōt fieri
bonū: sicut odire deū: ⁊ de facto peccare morta
liter. Perfectū etiā quoddā est ex genere: vt est
actus difficilis: ⁊ excellens: vt oia relinquere ⁊
religionē intrare. Quoddā est ꝑfectū ex circū/
stantia: vt est actus debitis circūstantijs ⁊ ꝑfe/
ctionibus informatus: sicut fugere mortem nō
ex infirmitate ⁊ timore: sed ꝓ meliori bono: vel
q̄ztū ad deū vel q̄ztū ad proximū. Tertiū est ꝑfe
ctum ꝺm se: sicut est actꝰ difficilis a ꝟtutis subli
mitate ꝓcedens: vt est motus feruide ⁊ calide
dilectionis in deū. Imperfectū etiā dicit̄ tripli/
citer. Quoddā est imperfectū ex genere: vt est
actus facilis ad quē humana infirmitas ⁊ fragi

sitas cōmuniter inclinaꝛ: vt possidere pecuniaʒ
habere vxoreʒ ⁊ similia. Quoddā est ex circun/
stantia: vt dimittere vestē ꝓpter fugā maioris
iniurie. Tertiuʒ est impfectū ꝭm se quod nullo
modo pōt stare cū euangelica ꝑfectione: vt fu/
gere paupertatē. Ex his omnibus apparet ꝙ
bonū ꝭm se nunꝗ̄ potest esse malū: ⁊ ecōuerso.
Sed bene bonū ex genere pōt esse malū ex cir/
cunstantia: sicut qui iret ad ecclesiaʒ vt placeret
hominibus ⁊ nō deo. Et malū ex genere potest
esse bonū ex circūstantia: sicut si iudex maleficio
rum ꝭm iura aliquē occideret. In quo casu nō
male faciunt: sed bene faciunt: vt patet. 23.q.5.
c.lex eterna.c.cū minister.⁊.c.q malos. Perfe
ctum etiā ex genere pōt esse impfectū ex circun/
stantia: sicut intrare religionē causa alicuius cō
modi temporalis. Ita etiā impfectū ex genere
posset perfectuʒ esse ex circūstantia: sicut facere
aliquod opus ad debitū fineʒ charitatis ordina
tum ꝓcedens ex radice intime charitatis. Hoc
modo christus benedict⁹ omnia ꝑfectissime fe/
cit: quia cū comedit vel bibit: vel cōuersatus est
cū hominibus: vel cuʒ nuptijs interfuit: ⁊ simi
lia: nō hoc fecit vt satisfaceret alicui suo irratio/
nabili appetitui: qui in ipso nō erat: sed vt infir/
mos ꝯfortaret ne crederent si christus talia ope
ra nō fecisset se nullo mō posse saluari: si ab eis
opib⁹ ipfectōis oīo nō abstinerent. Vñ similiꝛ
dicim⁹ ꝙ in xp̄o maioris ꝑfectōis fuit familiare
colloquiū cū peccatorib⁹: ꝗ̄ʒ dura increpatio fa
cta ꝑ Ioā.bapti.ipsis phariseis. Maioris ꝑfe/
ctionis fuit i xp̄o ꝯuersatio cū hoib⁹ ꝗ̄ʒ solitudo
Ioānis i heremo: qm̄ hec ⁊ similia ꝓcedebāt a
xp̄o ex ardentissima charitate. Nā sic humanā
assumēdo nām i nr̄is qdē fact⁹ est humilis: ʒ i
ꝓprijs remāsit excelsus: sic ⁊ summe charitatis
dignatio ad act⁹ quosdā nr̄e ibecillitatis: ⁊ ipse/
ctionis ꝯformes deprimiꝛ ⁊ summe ꝑfectōis re
ctitudine nō curuaꝛ. Et ideo talia opa ꝑfecta in
ipso fuerūt. Neqʒ acceptāda ē snīa falsa illoꝝ q
minus bñ itelligētes dicūt ꝙ ꝑfectio ⁊ ipfectio
differūt sicut duo ꝯ̄ria: sicut iusticia ⁊ pctm̄: glo
ria ⁊ ignominia: vita ⁊ mors. Sʒ bñ veꝝ est ꝙ
differūt sicut magis bonū ⁊ min⁹ bonū: magis
meritoriū ⁊ min⁹ meritoriū. Itē nō valet cōse/
quētia: vn⁹ facit op⁹ ꝑfectōis: ergo bñ facit. Al/
ter facit op⁹ ipfectōis: ergo male fac. Ideo am
bro.li.i.de offi.ait. Officiū omne aut bonū aut
ꝑfectū est. Qđ cū scripturaꝝ auctoritate possu/
mus ꝓbare. Habem⁹.n.in euangelio dixisse
deū Math.19. Si vis ad vitā ingredi ꝭua mā

data. Nō homicidiū facias. Non adulterabis.
Hec media sunt officia qb⁹ aliqd deest. Ideo
sequiꝛ Math.19.c. Si vis ꝑfectus esse: vade ⁊
vende oīa q̄ habes ⁊ da paupib⁹: ⁊ veni seq̄re
me. Hoc est ergo ꝑfectū offm̄ qđ greci cathor/
cō vocāt: quo corrigimur oīa q̄ aliquos potue/
runt lapsos hr̄e.h ille. Et idē Ambro. sup epi/
stolā ad Cor.ait. Alicitis tempare vult fideles
vt nō solū innocentes ʒ gloriosi videamur con
cessa.n.p̄terire v̄tutis est maxie. Et Aug.i li.
de bono cōiugali inqt. Bonū erat qđ Martha
faciebat occupata circa ministeriuʒ sanctoꝝ: sed
meli⁹ qđ Maria soror ei⁹. Bonū Susāne i cō
iugali castitate laudam⁹ ʒ tm̄ ei bonū vidue An
ne ac multo magis Marie v̄ginis āteponim⁹
Bonū erat qđ faciebāt q de substātia sua xp̄o ⁊
eius discipulis ministrabāt: ʒ meli⁹ qdeʒ facie/
bant q omnē substantiā suā dimiserāt: vt xp̄m
expeditius sequerentur. Et Hiero.ad Deme
triadē inqt. Prohibenꝛ mala: p̄cipiunꝛ bona:
cōcedunꝛ media: suadenꝛ ꝑfecta. In duob⁹ pri
mis omne peccatū cōcludiꝛ. Reliqua v̄o posita
sunt in nostra ptāte: vt aut vtamur ꝯcessis ac li
citis: aut ob maius p̄miū ea q̄ nobis ꝑmissa sunt
respuam⁹. Quib⁹ omnib⁹ apparet ꝙ ꝑfectū nō
differt ab impfecto: sicut v̄tuosum a vitioso: sed
sicut magis bonū a minori bono. Tertij act⁹
in xp̄o respiciunt informationē ꝑfecte vite: sicut
offerre se morti: v̄ginitatē ⁊ pauptatē obserua
re: ⁊ hmōi. Cū ergo q̄riꝛ i quo debem⁹ seq xp̄ʒ
Rñdeo ꝙ in obseruātia diuinoꝝ mādatoꝝ: vt
apparet ex p̄missis. In opibus aūt ꝑfectionis
nō tenemur ipsum seq: nisi inꝗ̄ʒtū volum⁹: si/
cut si nos astringerem⁹ ad obseruandū diuina
cōsilia: vel in casu ꝙ extrema necessitas expo/
stularet: sicut si alter vnus nō posset se defende
re: vt si nō negaret xp̄m moreretꝛ: i quo casu te/
netur de necessitate salutis magis eligere mor/
tem. Iccirco multi iudices sunt: qui ex operib⁹
ꝑfectionis vel in christo cōsideratis: vel in san/
ctis suis: eos lacerant: in quib⁹ talia opa non re
lucent. Quis ignorat ꝙ etiā in operib⁹ ꝑfectio
nis ⁊ gradus ⁊ varietas inueniaꝛ. Op⁹ nanqʒ
ꝑfectionis est pro xp̄o comburi: lapidari: cruci
figi: capite trūcari: sagittari: vl' decoriari. Op⁹
ꝑfectionis est: mūdo dimisso in solitudine deo
seruire. Opus ꝑfectionis est habitū religionis
assumere: ⁊ inter homines stādo: v̄ba vite pre
dicare. Que fatuitas est ergo dicere. Paulus
prim⁹ heremita stetit in heremo: ⁊ bene fecit.
Stephanus fuit lapidatus ⁊ nō stetit i heremo

ergo male fecit. Sanctus franciscus nõ fuit sa/
cerdos: ⁊ noluit esse ꝑpter humilitatem ⁊ bene
fecit: ergo sanctus Antonius qui fuit sacerdos
male fecit. O rudis intellectus est ista cogitare
O ruda ingenia. o mentes insipide, atq̄z bestia
les. Certe absq̄z vlla ratione volũt pleriq̄z de q/
bus loquimur: oẽs ad opa pfectionis fore obli
gatos: damnãt cõiugia: dãnant reges: duces:
barones: milites: mercatores: artifices: ⁊ quos
cunq̄z in seculo cõstitutos. Quibus ego dico ꝙ
hi q in seculo sunt in quolibet gradu: ⁊ ꝯuãt mã
data dei: ⁊ salus eterna eis nõ denegaꝛ. Asse/
runt etiã hi eos q pfectionis viã ingressi sunt ad
oia ⁊ singula pfectionis opa teneri: qḋ falsum ẽ
vt oñdimus exẽplis p̃allegatis. Sequamur er
go xp̄z bono aío: qꝛ ad nihil ĩpossibile nos cogit

Quod tribus rationib⁹ inducimur seq xp̄m
quẽ multi fugiunt. Capitulũ. .2.

S Ecunda cõclusio diciꝛ ratio vel indu/
ctio. Inducimur nãq̄z xp̄m seq: quez
multi fugiũt triplici ratione.

Primo ratione nominationis.
Secundo ratione honorationis.
Tertio ratione remunerationis.

Primo inducimur sequi xp̄z ratione nomi/
nationis. Nominamur eniz xp̄iani: qḋ nomẽ
primo ab apostolis ⁊ discipulis fuit introductũ
Nã vt scribiꝛ in. 2. li. ecclesiastice historie: cum
passim ꝑ gentiliũ populos diuina effunderetur
dignatio: primũ Cornelius apud Cesareã pa/
lestine vrbẽ maximã cũ omni domo sua ad fidẽ
xp̄i Petro ministrãte ꝑduciꝛ. Iãq̄z in dies q̄z
ꝑlurimi ⁊ alij ex gẽtib⁹ apud Antiochiã ad fidẽ
venerũt. Ob qḋ ibidez florentissima cõgregaꝛ
ecclesia: in qua omnib⁹ pariter ⁊ in gratia dei ⁊
vnanimiter degentib⁹: ibi primũ discipuli ꝑerẽ
ni fonte sumpto mutato vocabulo appellati sunt
xp̄iani. Quia vo xp̄ianus a xp̄o diciꝛ: oportet
vt q illud nomẽ habent xp̄m sequanꝛ: qꝛ nomẽ
debet esse cõsonans rei: sicut ꝑbaꝛ. 21. di. c. cle/
ros: ⁊ de p̃bendis ⁊ dignitatib⁹. c. cũ secundũ.
⁊ instituta de donati. §. est. Hinc est qḋ scribiꝛ
extra de sacra vnctione. c. cõuenisse. A christo
xp̄iani dicunꝛ: vt quasi vncti deriuenꝛ ab vncto
vt omnes currãt in odorẽ vnguentoꝝ illi⁹ cui⁹
nomẽ vt oleũ est effusum. Et Aug. in li. de do
ctrina xp̄iana de hoc sic loquiꝛ. Ex sacramento
vnctionis christianoꝝ omniũ vocabulũ descen/
dit. Qḋ nomẽ ille frustra sortiꝛ q xp̄m minime
imitaꝛ. Secũdo inducimur ad sequenduz xp̄m
ratione honorationis: qꝛ honorat xp̄s se sequẽ/
tes tãto honore vt maior excogitari non possit.
Ideo dixit discipulis suis xp̄s Ioh. 15. Iã nõ
dicã vos ꝯuos: sz amicos. Et in p̄s. 148. Ni/
mis honorificati sunt amici tui deus. Qḋ veꝝ
esse cõspicimus: cũ videmus tã celebri venera/
tione coli memoriã sanctoꝝ. Et magis aperte
videbiꝛ: cuz in fine seculi imitatores xp̄i magis
honorabunꝛ q̄z purpurati reges: q̄z insatiati di
uites: q̄z delicati iuuenes: q̄z hi q voluptatib⁹ ⁊
blanditijs seculi vacauerunt. Tunc vt scribitur
Sap̄. 5. Stabunt iusti in magna ꝯstãtia aduer
sus eos ⁊c̃. vsq̄z illoꝝ est. Erit tunc maior glo
ria ⁊ honor piscatoris amici dei: q̄z fuerit glo/
ria exhibita qbuscũq̄z impatoribus romanorũ.
Nulla erit tunc illoꝝ romanoruz gloria q post
multos labores: ⁊ sudores: ⁊ angustias: ⁊ effu
sionez sanguinis: ⁊ dira vulnera superatis ho/
stibus in vrbe maxima triumphabãt. Erat nã/
q̄z triumphus ille honor maximus: q dari po/
terat a romanis. Et diciꝛ a tris qḋ ẽ tres: ⁊ pha
nus qḋ est sonus: quasi triplex sonus ꝓ bene
merito ciue. Fiebat aũt triplex cõsultatio ꝓ triũ
pho. Nã primo cõsulebaꝛ exercitus. Secundo
senatus. Tertio populus. Quib⁹ ꝯcordantib⁹
triumphabat victoriosus dux. Vel diciꝛ ꝙ tri/
plex fuit leticia triumphantis. Prima: ꝙ cũ ad
vrbẽ triumphalis ciuis rediret: ei cũ effusa leti
cia occurrebat populus vniuersus. Secunda
erat leticia: quãdo trimphãtis currũ p̃cedebant
captiui omnes manib⁹ post tergũ ligatis. Ter/
tia leticia: qꝛ triumphãs ꝯuũ post se habebat ge
stantẽ annullũ similẽ suo: ⁊ a tergo triumphan/
tis coronã aureã deferentẽ. Ipse vo triũphãs
indutus veste aurea ascendebat suꝑ curruz au/
reũ tractũ a quatuor equis albis: vt scribit Lu
cius florus li. primo. Et sic põpaticus dux eun
te senatu in capitolio albos mactabat tauros et
sacrificabat Ioui. Et ob temperamẽtuz huius
effuse leticie: licebat impune omnib⁹ iocose ad/
uersuz triumphantẽ dicere quecũq̄z cõuitia. Et
ideo moti romani ad tãtam gloriã: sine rubore
postulabãt sibi decerni triumphales titulos ob
quecũq̄z leuia. Quibus vt occurrereꝛ teste Va
lerio sub rubrica de iure triũphandi: lege cautũ
est nequis triũpharet nisi. 5. milia hostiuz ĩ vna
acie occidisset. Et ne lex cupiditatis gloria frau
dareꝛ: adiutorio alterius legis suffulta est: quã
Lucius Marius: ⁊. M. Cato tribuni plebis
tulerunt. Minabaꝛ enim penã impatoribus: q
falsum numeꝝ occiosoꝝ hostiũ amicoꝝ ciuium
senatui suis litteris nunciassent. Iubebãt etiaz

vt q̄z primo

vt ꝙ̃ primo vrbem itrassent apud questores vr/
banos iurarẽt de vtroqꝫ numero ab his sena/
tui scriptũ eẽ. Erat ẽt sancitũ vt ꝓ habito iperio
nõ pro recupatis romani populi triũphꝰ decer
neret. Ob quã legem vt scribit Ualerius supi
or aphricanꝰ ob recupatas hispanias nullũ triũ
phũ habuit. Nec. M. Marcellus ob recupa/
tas Sirocusas: fiebãt aũt in his triumphis sola
tiosi ludi ⁊ festiui ioci, in honorem triumphãtis
Unde maxime mouebant ipsi romani ad viri
liter agẽdum ⁊ aggrediendũ quecũqꝫ ardua: ⁊
difficilia sibi cõmissa. Sic triumphauit Luciꝰ
posthunius metegellus scdm Titũ Liuium li.
prio ab vrbe condita. qui Sãnites vicit ⁊ Vri
am supauit. Triũphauit Lucius Emiliꝰ Pau
lus filius Lucij Emilij qui apud Camios oc/
cisus ẽ scdm Pliniũ de viris illustribus. eo ꝙ
Ligures vicit ⁊ psem regem macedonie supa/
uit. Triumphauit Papilius: qui lucius Pa/
pilius cursor dictus ẽ: qui Sãnitum duritiem
fregit: ⁊ adeo clare cũcta gessit: ꝙ romani scdm
Eutropium ⁊ Horosium: hũc Alexãdro ma
ximo duci parem eẽ prestolabãtur. Triumpha
uit Quintus Ceciliꝰ Metellus dictus Mace
donicus ſm Eutropiũ li. 4. a domita Mace/
donia: q philippũ regem de macedõia deuictũ
eduxit. Triũphauit metellus filius eiꝰ ſꝫ Ho
rosium creticus dictus: qꝛ Cretã romano pplo
subiugauit. Triũphauit Põpeius magnꝰ post
supatos duos reges ſm Horosiũ trahentibꝰ
currũ elephantis preferẽs ante se filios Mitri
datis ⁊ Triganis ⁊ Aristobolum principẽ iu/
deoꝝ. Triumphauit Cesar quinquies vt Sue
toniꝰ scribit: ⁊ Florus ꝓpter ea que gesserat in
gallia ⁊ britãnia ⁊ egypto ⁊ affrica. Triumpha
uit probꝰ impator: qui ſm Eutropiũ. 9. li. ⁊ ru
finũ in annalibus romanoꝝ vicit alemãos ger
manos gotos exarmatos: ⁊ diebus. 5. sic glo
riose triũphans inter alia spectacula totũ currũ
in spẽm silue fecit cõferi arboribꝰ ac ꝑ diuersos
aditꝰ mille apros: mille ceruos: mille leones: cẽ
tũqꝫ lupicos imisit leopardos: ⁊ quascũqꝫ alias
feras hr̃e potuit viuas ⁊ omnia concessit diri/
pienda populo. Multiqꝫ fuerũt alij: qui in hu
iusmodi triũphis nõ ꝑuum sibi honorem ven
dicauerũt. Sed vere fumꝰ fuit ⁊ vanitas talis
honor: laborauerũt sollicitudine pro re istabili/
⁊ momẽtanea. Non sic aũt erit de honore ami
coꝝ dei q honorem ꝑpetuum ⁊ ideficientez acq
rent. Non dicetur impatoribus olim triũphan
tibus: tũc Vo flentibus sed his qui xp̃m sũt imi
tati Math. 25. c. Uenite benedicti patris mei.
O ergo mũdana pigritia. o vitupabilis negli/
gentia. Si illi ciues terrene ciuitatis tm̃ labora
rũt pro illo modico honore accipiendo: cur oẽs
non iuigilant ad imitandũ xp̃m pro honore: q
ꝓmittitur oibus btis in regno celoꝝ. Tertio
iducimur ad imitandũ xp̃m rõe remuneratõis
Dat nãqꝫ se seq̃ntibus remuneratõem libera/
lissimã pro ſuitio tpali vitam eternam: ꝓ bre/
ui labore bonum quod nunq̃ꝫ deficiet. Hic est
ꝙ Hiero. in qõnibus ad Elbidiam ait. O q̃ꝫ
ta btitudo ꝓ ꝑuis magna recipe: eterna ꝓ bre/
uibus: pro morituris semꝑ viuentia: ⁊ habere
deum debitorem.

Quod multi sine ratione propter tria retra/
huntur a christi sequela. Caplm. 3

Ertia cõclusio dicitur retardatio. Re
t tardant equidem ⁊ retrahunt multi a
sequela xp̃i irrõabilr maxime ꝑꝑ tria.
Primo propter fidem dubiam.
Secũdo ꝓpter humanã verecũdiam.
Tertio ꝓpter spem falsam.

Prima retardatio dicit esse ꝑꝑ fidem dubi
am: qꝛ noluit firmiter credere existimantes ni/
hil aliud eẽ nisi qd in presenti vita iuenit atque
videt. Quos Greg. in quarto dialogorum
quodam exemplo valde digno conuincit: vbi
ait: ꝙ si casu vna mulier in fouea aliq̃ terre ob/
scura ⁊ angusta ꝑiat filium: ibiqꝫ eum educat:
vsqꝫ ad annos discretionis: postmodũ ei dicat
qualiter est supra ipsos celũ: terra: sol: luna: stel
e: plãcte: hoies: edificia: fõtes: maria: ⁊ huius/
modi: fatuus esset ille filius si non crederet di/
cens: ista non possũt esse: qꝛ ea non vidi. Pa
riformiter stultus est homo qui non credit san/
cte matri ecclesie: non credit predicatoribus ⁊
confitentibus de futura vita regni celoꝝ. Se
cũda retardatio dicit esse ꝓpter humanam Ve
cũdiam. Timent enim maloꝝ hominũ latratꝰ
⁊ morsũs: q derident sepenumero eos q bene
facere student: ſm illd puer. 13. Detestant stul
ti eos q fugiũt mala. Et puer. 14. Ambulans
recto itinẽ ⁊ timens deũ: despicitur ab eo qui i/
fami graditur via. Et Joã. 3. Ois q male agit
odit lucem. Contra quos Hiero. dicit ad pã/
machiũ. Prima Vtus monachi est contemnẽ
omnia iudicia: ⁊ recordari apostoli dicentis.
Si adhuc hominibus placerem christi seruus
non essem. Magisqꝫ deridendi sũt qui imitãt
diabolũ q̃ꝫ q sequũt xp̃m. Tertia retardatio
dicitur esse propter spem falsam: qꝛ sperãt diu

viuere qd vnicuiqz dubiuz eē dz. Sz ēuenire solet qd Hiero. scribit ad Serutiā. Nemo in gt. n. ē taz fractis viribus ac taz decrepite senectutis vt nō se putet vnū adhuc ānuz supuictuꝝ esse. Vñ subripit obliuio cōditionis sue vt terrenū aial iāqz soluendū erigatur in supbiam: ꝛ animo celū teneat. hec ille. Coexcitent itaqz oium mētes: apiant oculi cognoscam⁹ seculi vanitatē: labilitatē: falsitatē istabilitatem calamitatem breuitatē ꝛ finem. Conemur itaqz imitari xp̄m iesū q nos iuitat: ac ad nos clamat. Venite ad cenā padisi: ꝛ ad btitudinē ipetrabilem q̄ pata ē oibus post me venire volentib⁹: quā nobis concedat iesus christus. Amen.

Dñica tertia de aduentu. Sermo de predicatōe Joānis baptiste: qua xp̄m dei filium publice predicauit.

Fructus. 15. Jesum Joānes predicat.

m **Edius autem** vestꝝ stetit quez vos nescitis. Jo. I. c. ꝛ i euāgelio p̄sentis dñice. Precursor dñi nostri iesu xp̄i Joānes baptista ex dispositōe spūs sci xp̄m dei filiuz publice predicauit: cuius altitudinē singulariter idicare voluit his q fuerāt ab hierosolymis ad eū missi: q tñ cū ceteris phariseis ac iudeis pfidis nullo mō acqeuerūt Joānis testimōio vacissimo. Noluerūt que de xp̄o audierāt a Joāne humili mēte suscipe. Et q2 in euangelio hodierno fit specialis mētio de Joānis p̄dicatiōe qua xp̄m dei filium firmiter fortiter veraciter/qz asserebat. Jccirco p euāgelij declaratōe fructum pponimus elucidādū q est. Jesum ioannes p̄dicat. Ad cuius expositōem tres conclusiones occurrunt annotande.

Prima conclusio dicitur missionis.
Secunda conclusio dicitur interrogationis
Tertia conclusio dicitur magnificationis.

Quod missi sunt ad Joannē sacerdotes ꝛ leuite interrogantes an eēt xp̄s. Caplm. I

p Rima cōclusio dicitur missiōis. Que notatur in prima pte euangelij vbi dicitur q miserūt iudei ab hierosolymis sacerdotes ꝛ leuitas vt iterrogarent eum. Tu qs es. Vbi nō imerito querim⁹ quare iudei potius opinabant de Joāne q eēt xp̄s: q̄z d dño nostro iesu xp̄o. Nam ým Origenē tēpus aduentus xp̄i populū recreabat: ꝛ quodāmō iam p̄ns existens legis pitis ex sacris scripturis speratum colligentibus: ppter qd Theodas non modicā multitudinē quasi xp̄s congregauit: ꝛ post illum Judas galileus in dieb⁹ p̄fessiōis. Cum ergo feruenti⁹ expectaret xp̄i aduent⁹ iudei transmitūt ad Joannē cōiter scire volētes si ip̄e se xp̄m fateretur propter tria.

Primo ppter baptismi nouitatē.
Secūdo ppter predicatōis claritatē.
Tertio ppter vite austeritatem.

Primo iudei habuerūt de Joāne talē opinionē ppter baptismi nouitatē: q2 vt dicit i fine hui⁹ euāgelij ioānes erat in bethania trans iordanē baptizās. Hec bethania ým glo. alia fuit ab illa que nō longe erat ab hierusalez: vbi fuerat lazarus mortu⁹ suscitat⁹. De qua ēt dic Origenes q alio noie vocabat bethabora. Et q2 nullus pphetaꝝ ante Joānem acceptauerat baptizare: iō baptism⁹ eius quādam nouitatez p̄tendere videbat que nō imerito supiores iudeoꝝ mouere poterat: vt de Joāne suspicaret q eēt xp̄s. De quo baptismo q̄ttuor veritates tenēde sūt catholice. Prima veritas ýz Ric. in 4. q si extēdam⁹ nomē sacramēti ad oē signuz rei sacrātis suscipientē: sic baptismū Joannis erat sacramētū: q2 exp̄sse rep̄ntabat xp̄i baptismū: qui ē res sacras suscipiētem. Si aūt restrigamus nomē sacramēti ad illud qd ē sacre rei signū ꝛ cā: sic nō erat sacramētū: q2 nō conferebat grām ex vi sacramēti vt declarabim⁹. Vñ respectu sacri baptismi xp̄i dz dici fuisse sacrale q2 fuit quedā dispō ꝛ p̄patio ad illius baptismi susceptōem vt dicit magister sniaꝝ i littera. di. 2. q̄rti li. Scda veritas q baptism⁹ Joannis vt dicit prefat⁹ doctor fuit institutus auctoritate diuia. Qd phat p illud qd dicitur a Joanne baptista. Jo. I. qui misit me baptizare ille mihi dixit. Sup quē videris spm descēdētem ꝛ manētem supra eū: ip̄e ē qui baptizat in spū sancto Hoc ip̄m pz: q2 Math. 21. xp̄o querēti de baptismo ioānis: vtrꝝ eēt ex celo an ex hoibus: nō fuerūt ausi dicere q ex hoibus. Et dicitur ille baptism⁹ ioannis: co q ip̄se solus fuit minister primarie instōnis ꝛ executōis illius baptismi.

Tertia veritas q baptismus ioānis ým glo. sup illud Luc. 3. predicās baptismū pnie: non dabat seu cōferebat grām: vt dicitur ibi ioānes dare nō potuit baptismū: quo pctā soluerentur Nam vt dicit Boñ. 2. di. quarti li. talis baptismus fuit istitutus p quādam prepatōnem ꝛ assuefactōem ad baptismū xp̄i. de cōse. di. 4. c. ñ regnābant. Vnde glo. Math. 3. super illo vbo. Ego

bo. Ego

bo. Ego baptizo ait. Tm̄ corpora lauo: q̄ꝛ pec
cata soluere nequeo: vt sicut nascēdo ⁊ predicā
do pretereo: sic baptizādo ad christi baptismuꝫ
dirigam. Quarta est vitas ꝙ baptizati ba/
ptismo ioānis iterum debuerūt rebaptizari: si
cut patet ꝑ Aug. suꝑ ioā. ⁊ ponitur de cōse. di.
4. c. Aliud. vbi dicitur. Si quos baptizat iu
das iteꝝ non sunt baptizandi: ⁊ quos baptiza/
uit ioānes: iterum sunt baptizandi. Et ideꝫ li.
2. de baptismo contra donastitas ait. Dn̄s ihs
xp̄s tali baptismo mūdat ecclesiam: quo accep/
to nullū alteꝝ requirat̄. ioānes āt tali baptismo
precigebat: quo accepto esset ēt baptismū dn̄i/
cum necessariuꝫ. Et hoc habet̄ expresse. Act.
19. c. quando baptizatos baptismo ioānis pau
lus baptizauit baptismo xp̄i. Dicit tamen dn̄s
Bon. ꝙ quorūdam opinio fuit ꝙ baptizati ba
ptismo ioānis si nō habebant fidem trinitatis
rebaptizādi erant. Si aūt habebant fidem tri/
nitatis: qua interius isignebantur tanq̄ȝ cara/
ctere: habebant spm̄ scm̄ ꝑ impositōem manuū
⁊ ideo nō erant rebaptizandi. Scotus aūt i. 2.
di. sui quarti. q. vnica inquit ꝙ dupliciter pōt i
telligi baptismus ioānis. Vno modo i forma
baptismi christi: quam potuit didicisse a disci/
pulis christi vel ab alijs audientibus eos bap/
tizare. Et tūc non dicitur ꝓprie baptismus ioā
nis sicut non dicit̄ baptismus Petri vel pauli
Et planū est ꝙ tales sic baptizati non erant ba
ptizādi. Alio modo potest itelligi baptism⁹ ioā
nis non in forma baptismi christi: sed in aliqua
alia forma ꝓprie. s. in noie venturi: vt dicit̄ act.
19. vel absq̄ȝ aliqua forma. Et sic de baptizato
satis videt̄ necessarium q̄ erat baptizand⁹ ba/
ptismo christi: tum ꝓpter preceptum generale
obligās omnes quod non implebant sic bapti
zati a ioāne: tum q̄ꝛ medicina preparatiua susce
pta: cōgruum est recipere medicinā curatiuam
Baptismus autem ioannis vt dixi paulo supe
rius erat sicut dispositio ⁊ medicina preparati/
ua ad baptismuꝫ christi. Ideo nō tenetur opi/
nio magistri a doctoribus in hoc passu: q̄ꝛ non
videtur habere rationes conuenietes. Se/
cundo iudei magis opinabantur ꝙ ioannes es
set christ⁹ q̄ȝ d̄ dn̄o nostro iesu christo ꝓpter do
ctrine claritatē. Adeo nāq̄ȝ doctrina eius erat
grata; vt magna populoꝝ freq̄ntia conueniret
ad ipsū audiēdū. Vnde Math. 3. dicit̄. Exi/
bat ad eū hierosolyma ⁊ ois iudea: ⁊ ois regio
circa iordanē. Et si dicat̄ ꝙ populi stulte facie
bant cū non constabat eis de auctoritate ioānis
qui ēt nulla miracula faciebat: vt dicitur ioh. i.
Dicitur ꝙ fama miraculose conceptionis ioā/
nis de sterili ⁊ sene: ⁊ ānunciatio eius facta pa
tri in loco: ⁊ festo solēni: ⁊ ablato vsus lingue ⁊
eius restitutio nota plebi: ⁊ preclara vita paren
tum: ⁊ eius ab isantia permansio in desertis: ⁊
sanctitatis: ⁊ stupēda efficacia spūs in loquēdo
dabat aptissimū testimoniū ioāni ꝙ eēt vox illa
clamātis in deserto: de qua dicit Esaias: iō exi
tus populoꝝ nō erat temeritas: sed potius mo
tio spūs dei: ⁊ rōis ⁊ voluntatis eoꝝ sibi cōsen
tientis. Tertio iudei de ioāne opinabantur
ꝙ eēt xp̄s ꝓpter vite austeritatem vel singula
ritatē. Nam christus ferebat vestes cōmunes
ioānes aūt de pilis cameloꝝ cōfectas. Christ⁹
panem ⁊ vinū comedebat cum peccatorib⁹: io
annes autem habebat durissimuꝫ victuꝫ ⁊ eui
tabat cōsortia pctōꝝ. Christ⁹ de fabro ꝓgenit⁹
esse credebatur: ioannes vo a sūmo sacerdote.
Verūtamen non excusantur iudei quibus iste
de quo tātam opinionem habebat christuꝫ eis
ostendit: vt patebit in sequentibus. Ex hoc vt
prediximus in sequenti fructu conuincuntur il
li qui homines ex exterioribus iudicare volūt.

Quod destinatis ad ioānem ipse ad tria ve
raciter respondit. Cap. 2.

s Ecunda cōclusio dicitur iterrogatōis
Nam hi q fuerunt ad ioānem destina
ti: ipsum sagaciter ⁊ studiose iterroga
uerunt proponētes sibi simpliciter tria ad que
ipse veraciter voluit respondere.
Primū qs es tu. Secūduꝫ Helias es tu.
Tertium propheta es tu.

De primo dicit textus. Et cōfessus ē ⁊ nō
negauit. Et cōfessus ē q̄ꝛ non sū ego christus.
Vbi rn̄det ꝯm Criso. itentōi eoꝝ: q̄ꝛ ad hoc q̄
rebāt. Tu qs es: vt rn̄deret eis si eēt christ⁹ vel
nō. Dicit Criso. Sic fide dignū existimauerūt
eē ioānē vt ei de seipso dicenti crederēt. Ad
secūdum sibi propositum dicit. Nō sum. Q d̄
contrariari videt̄ sententie saluatoris: qui dixit
Math. xi. de ioāne baptista. Ipse est Helias
⁊ ad hoc secundum Origenem dixerunt qui
dam ꝙ ioannes erat Helias: tamen ignora
bat se esse Heliam. Et hoc nimirum tenent
qui asserunt iterate incorporationis vnionem
tāq̄ȝ anima multa posset induere corpora. Vn
de iudei per leuitas: ⁊ sacerdotes querūt an eēt
Helias: arbitrantes Helie aīmam in ioanne
esse. Qui dixit. Non sum: nesciens prime/
uam vitam propriam. Sȝ hūc errorē iteremit

ceptis ad se omnes gentes: facietq; nō soluʒ ob liuisci: veruʒ etiā blasphemari nomen illud: qđ est super omne nomē: nomē. s. dñi nostri iesu christi. Multaq; impia loquet̃ ꝛ dicet cōtra ho norē eius: ꝛ virginis matris: ac oium santcoꝝ celi: inducetq; omnes populos vt ipsuʒ colant pro deo. Et vt dicit̃ Math. 24. c. Erit enim tūc tribulatio magna qualis nunq̄ȝ fuit ab ini/ tio mūdi vsq; modo. neq; fiet. Inuadet siqdeʒ ille homo peccati vniuersū orbem terrarū māu armata: cōgregabitq; in preliū copias in credi biles: nec erit qui possit se defēdere a furore il/ larū. Largiet̃ adhuc ampla munera: ꝛ largissi ma dona his q̄ ei spōte sua adherebūt. Seducet ꝛ alios signis ꝛ prodigiis mendacibus. Et vt d̃r Math. 24. Surgēt pseudo christi ꝛ pseudo ꝓphete: ꝛ dabunt signa magna: ita vt i errorē inducant̃ si fieri potest etiā electi. Cessabūt tūc deo permittente omnia miracula vera. Crucia būtur pro christo illi qui feruētes erūt: ꝛ nulla cōsolatione visitabunt̃. O quid erit tūc tantas nouitates inspicere. O quanta horribilitas vi dere dirui tēpla ꝛ ecclesias đi: religionē deleri cōtemni virtutes: ꝓphanari sacra: ꝛ pollui vir gines: ac torqueri sine vlla pietate christianos. O quāta ignominia occupabit tunc mundum qñ licebit vnicuiq; pro libito ad carnalitates: ad spurcitiā omnē: ꝛ ad lasciuias laxare habenas. Sʒ breue erit tempꝰ illđ in quo prosperabitur diabolus ātichristus. Quoniā vt predictuʒ est post tres annos cū dimidio deo iubente inter/ ficietur ab angelo.

Qđ secūdū aliquos vicinū est tēpꝰ ātichristi tū ꝓphetiarū prenūciatione: tū etatū ānumera tione: tum etiam iniquitatuʒ. consumatione.

Capitulum tertium.

Ertiū mysteriū declarandū de ātichri/ sto dicit̃ tēporalitatis: in quo videnduʒ est an proximū sit ꝛ vicinū tempꝰ quo apparere debeat pessimꝰ ātichristus. Et saluo iudicio meliore: dicūt quidā q̄ sic propter tria. Primo ꝑꝑ ꝓphiaꝝ p̄nūciationeʒ. Secūdo ꝑꝑ etatū ānumerationē. Tertio ꝑꝑ iniquitatū con sumationē. Prio ꝑꝑ prophiaꝝ p̄nūciationē Aiunt eni abbatē Ioachim spiritu claruisse ꝓ phico. Ipse vo papalistaʒ depinxit: i quo mul ta futura de statu eccl'ie p̄nūciauit. Ibiq; ponit duos post istū: q̄ Paulꝰ secūdꝰ vocatur sūmos pontifices esse futuros: post quos ꝛ tertiꝰ de/ pingit̃ qui coronaʒ exhibet antichristo. Sed ꝛ ego dico q̄ licet multa predixerint Ioachim. sancta Brigida. Methodius Merlinus ꝛ ce teri q̄ spiritū habuerunt ꝓphic: tñ vt mihi videt̃ dicta eoꝝ nō intelligunt̃. Nā de Nicolao Cali sto Pio ꝛ Paulo pontificibus maximis ni/ hil inuentū est: quod papalista sonet fm verita/ teʒ. Quod si veꝝ sit relinquo arbitrio sapiētiū dicendū. Et ꝓpterea reprehensibiles potius iu dico q̄ȝ laude dignos eos q̄ ꝓphias que i scri/ ptura sacra nō habentur nimis curiose legere ꝛ interpretari student: quoniā sepius inueniunt̃ decepti. Scio etenim etiā graues ac sanctos vi ros in hoc ipso defecisse. Nam quidā egregiꝰ ꝛ sanctus predicator diebus nostris cathalogo sanctorū ascriptus bono zelo ductus publice et sepissime predicauit: imo superinde tractatum copiosissime scripsit. Quod suo tempore natꝰ erat antichristus: habebat ipse quasdam ꝓphe/ tias: aliquasq; rationes quibus inducebat̃: vt ita crederet ꝛ predicaret. Sed reuera euidētia facti declarat ipsum fuisse deceptum. Et sic nō audeo ꝑ aliquā prophetiā: quā nō intelligo te/ mere diffinire: q̄ tempus iam imineat antixp̄i

Secūda ratio que mouit aliquos vt dicerēt ꝓ ximuʒ iam fore antichristi tempus est propter etatuʒ annumerationē. Dicunt enim nos esse in sexta etate mundi ex qua preterierūt. 1466. anni. Et ex cōsequenti in breui mundus habe bit finem. Et cum antichristus anteq̄ȝ mundꝰ finiatur venturus sit: ergo veniet in breui. Sʒ q̄d ad hoc dicendum sit diffusius habebitur in sermone de contemptu mundi. Tertia ratio qua pleriq; astruere nitunt̃ antichristū cito esse ventuꝝ est ꝓpter iniquitatū cōsumationē. Di/ cunt. n. impletā iam ꝛ consumatā esse mēsuraʒ iniquitatū ꝛ peccatoꝝ: ac ꝑ hoc instare tempus de quo. 2. Thi. 3. c. dicit̃. In nouissimis die/ bus instabūt tp̄a periculosa: ꝛ erunt homines seipsos amātes: cupidi: elati: suꝑbi: blasphemi: parentibꝰ non obedientes: ingrati: scelesti sine affectione: sine pace: criminatores: incōtinen/ tes: imites: sine benignitate ꝓditores: ꝓterui: tumidi: voluptatū amatores magis q̄ȝ dei: ha/ bentes quideʒ speciē pietatis virtutē autē eius abnegantes. hec ille. Quia vo omnia supradi cta inuoluerunt hoies mortales miserosq;: et potissimū eos q̄ nomē xp̄ianū ꝓfitentur: ꝓpte rea ꝛ si ratio tertia nō cōcludat de facto q̄ vici/ nuʒ sit tēpus antichristi satis tñ efficax ē ad nos monēdū vt illud timeamus tp̄s. Heu heu: q̄s sine horrore cogitare queat q̄ȝtū hodie suꝑabū/ dauit iniq̄tas ꝛ refrigerata est charitas multoꝝ:

O xpiana religio. o decora et inuiolata fides: persequunt te hodie: deturpant et inficiunt non tantū alienigene: sed et tui q fideles et christiani vocari gloriant. Illi sunt q modicā aut nullam habent ad dei cultū reuerentiā. Illi q ecclesiasticas dignitates pro explendo ambitionis sue appetitu furantur et rapiunt. Illi sunt q collocauerunt vineā domini sabbaoth: idest ecclesiā sanctaz nō agricolis fidelibus: sed vt ita dicam atrocissimis hostibus. Illi sunt q ecclesiar bona lacerant: dissipant: in vsus malos expendūt et deuorant sicut lupi. Illi sunt q principantur impetrant et dominant: popul' sine iusticia: sine veritate: sine clementia. Illi sunt qui pcepta dei viuentes negligunt et contēnunt. Non colunt deū: non amant: non venerant: et plasfemant nomē eius sanctuz et in illo periurāt: dies festos nō seruant: parentes aspernantur inuidi sunt: iracūdi lugiosi: seditiosi: pcussores: homicide humanū sanguinē crudeliter effundentes. Nō erubescunt quasi iaz publice adulterari: fornicari: et quod his fedius est contaminari fedissimo vitio sodomie. Auaricie autez locū dederunt ita vt nulla sit amplius veritas: nulla fides: nulla charitas in eis. Lucrantur p vsuras: fraudes: simulatiōes: deceptiōes: et alios indebitos modos. Licentiarunt linguam vt loquatur criminatiōes: mēdacia: testimonia falsa detractiones: susurrationes: scurilitates: cōtumelias: improperia et conuitia. Aperuerūt cor suū ad concupiscenduz huius seculi bona: et ad desideranduz delectari in peccatis carnis. Fregerunt multi votū quod deo fecerant. Finxerunt multi bonitatē vite: acceperunt ouiū vestimenta: intrinsecus autē sunt lupi rapaces. O quanta peccata et q enormia latent sub ouina pelle. o magne deus. o sapientissime domine: tu omnia vides et omnia deniqz nosti. Nos vero merito propter tāta facinora timere debemus ne in nos deseuiat ira sua: sinatque p antichristuz vexari munduz tempestate magna. A qua nos liberet redemptor noster pijssim': qui cū patre et spiritu sancto viuit et regnat per infinita secula seculor. Amen.

Dñica de passione i mane: de honore parētuz exēplo xpi: q i euāgelio suū patrē honorare se asserit. s. quo ad dilectionē: subiectionē: et cōuersationem. Ser. 54.

e Ho honorifico patrē meū. Verba sunt redēptoris nostri originaliter Joh. 8. c. et hodierno euangelio annotata. Facti sunt adeo vt plurimū impij filij ad parentes suos: vt merito qlibet pater aut mater dicere possit illud Esai. pmo. Filios enutriui et exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Vt igitur etiā et ipsi iuuenes et adolescentes ac pueri parentes colendo ad verā penitentiā reducantur: in presenti smone de honore parentuz dicere statui. Nā exodi. 20. c. dominus de' dixit. Honora patrē tuuz et matrē tuaz: vt sis longeuus super terrā. Christus vero in euangelio hodierno patrē se honorare fatetur: vt sic nos etiā suo exemplo instrueret quid agere debemus. De ipso itaque parētū honore tria mysteria declarabimus.

Primū dicitur dilectionis.
Secundū subiectionis.
Tertium cōuersationis.

Quod honorādi sunt parentes propter beneficior multiplicitatē: pter parentū charitatē: et pter irrationabiliū exemplaritatem.

Capitulum. primū.

p Rimū mysteriū declarandū de parentuz honore dicitur dilectionis. Debet vtique filij qui parentes honorare volunt illos diligere et ex corde amare pter tria. Primo pter beneficior multiplicitatē. Secundo pter parentuz charitatē. Tertio pter irrationabiliū animaliū exemplaritatē. Primo filij debent parentes diligere pter beneficior multiplicitatem. Quisnā explicet quot a parentib' filij beneficia receperunt. Ab illis eqdem sumpserunt esse qd bonū taz grande ē: vt ipsum sit fundamentū omniū alior bonorum. Nā qui nō habet esse: nullū aliud bonū habere potest: nō diuitias: nō gloriā: nō famā: nō sciētiaz: nō virtutes: nō gratiā: nō vitā eternā. Ipsum etiā esse bonū ab omnibus est desiderabile. Vnde Ari. secundo de anima inquit. Omnia appetunt eē: et illius causa agūt qcūqz agūt sm naturā. Propter hoc bonū a parentib' habitū libro de hebdomadib' Boetius ait. Omniuz bonor ipsuz eē bonū ē: hic ēt sapiēs. Eccl. 7. ca. ait. Honora patrē tuū et gemitū mris tue ne obliuiscaris. Memento quoniā nisi p illos nō fuisses. Et Hiero. i epistola de honore parentū ait. Honorādi sunt parētes q pmo sunt nobis cā nascendi. Hoc bñficio motus Coriolanus roman' cōsul ab vrbis rome obsidiōe cessauit. Scribit nāqz de illo Eutropius: q postq vicerat volscos et coriolos: vñ postea nomē

Nam ita cõtra peccata mortalia indignat̃ deus
vt nullus posset per se sufficere nõ solũ pro pec
cato primoꝝ parentũ: sed pro quocunqꝫ peccato
proprio ipsius furorẽ mitigare. Cuz itaqꝫ fru/
ctuz tam vberrimũ omnes gustamꝰ. s. ꝙ iram
dei vincere possumꝰ ex beneficio incarnati iesu
Jccirco in presenti ſmone de satisfactione per
xp̄m facta dicturi sumus sub vno fructu qui est.
Jesus est satisfactor. Jn quo cõtemplabimur
xp̄m satisfactorẽ. Pro cuius declaratione tres
cõclusiones erunt notãde.
Prima dicit̃ cõgruitatis.
Secũda dicit̃ possibilitatis.
Tertia dicit̃ copiositatis.

Quod humanũ genus reparari per satisfa/
ctionez cõgruũ fuit. Capitulũ. primũ.

PRima cõclusio dicit̃ cõgruitatis. Jn
qua videndũ est ꝙ magis cõgruũ fuit
humanũ genus reparari ꝑ satisfactio
nez q̄ꝫ per aliũ modũ. Et hoc ſm dominũ Bo
na. i. 3. di. 20. ar. I. q. 2. maxime ꝓꝑ tres rõnes
Primo ratione diuine iusticie.
Secũdo ratione diuine sapientie.
Tertio ratione diuine honorificentie.
Primo ratiõe diuine iusticie: q2 illa via ma
gis cõueniens fuit ad reparationẽ humani ge/
neris: in qua seruat̃ ordo diuine iusticie. Ma/
gis autẽ seruat̃ ordo diuine iusticie cũ malũ pu/
nitur: q̄ꝫ cũ malũ relinquitur impunitũ. Sz cũ
peccator reparat̃ per satisfactionẽ: malũ punit̃:
cuz sine satisfactione: malũ relinquitur ipunitũ
Ergo magis seruat̃ ordo diuine iusticie in re/
paratione ꝑ satisfactionem q̄ꝫ sine satisfactione.
medio circuli Ꝟgo pulcherria filiū gestās i gre
mio. tūc sibilla h̄ cesari ondit. Cuꝫ aūt impator

ad predictam visionem plurimū admiraretur:
audiuit vocē dicentē. Hec est ara celi. Dixitqꝫ
ei Sibylla. Hic puer maioꝛ te est: ipsum adoꝛa
Et in camera in qua hec celebꝛata sunt: in ho/
noꝛe sancte Marie dedicata est ecclesia: q̄ vsqꝫ
hodie dicit̃ ara celi. Octauianus vo puero sibi
monstrato myrrhā dedit: ⁊ deus decetero vo/
cari recusauit. Tertio letati sunt pastoꝛes inue
nientes sicut dixerat eis āgelus. Unde ⁊ nos
omnes letari debemus: ⁊ spiritualiter iocunda
ri: qꝛ ait Leo papa in ſmone. Saluatoꝛ noster
hodie dilectissimi natus ē: gaudeamus. Neqꝫ
eniꝫ locū fas est eē tristicie: vbi natalis ē vite: q̄
cōsumpto moꝛtalitatis timoꝛe ingerit nobis de
ꝓmissa eternitate leticiā. Nemo ab huius ala/
critatis participatione secernit̃. Una cunctis le
ticie cōmunis est ratio: qꝛ dominꝰ noster moꝛ/
tis peccatiqꝫ destructoꝛ: sicut nullū a reatu libe/
ruꝫ reperit: ita liberandis omnibꝰ venit. Exul/
tet sanctus: qꝛ appꝛopinquat ad palmā. Gau/
deat peccatoꝛ: qꝛ inuitat̃ ad veniā. Animet̃ gen
tilis: qꝛ vocat̃ ad vitā. hec ille. Igitur leti sunt
celi ⁊ ciues celoꝝ ⁊c̄. Sic ⁊ nos gaudentes re/
feramus gratias deo: qui seipsum dedit ꝑuulū:
vt nos magnos faceret in regno celoꝝ: in quo
viuit ⁊ regnat ꝑ infinita secula seculoꝝ. Amē.

In festo sancti Stephani prothomartyris.
Sermo de eodem.

Fructus. 24. Stephanus iesum videns.

v **Ideo celos** apertos: ⁊ iesum stantem a
dextris vtutis dei. Actuuꝫ
7. In tribulatiōibꝰ positꝭ ac
laboꝛantibus dilectissimi in
chꝛisto iesu ꝓ diuino amoꝛe
nō deest auxiliū sue grē: qua fit vt quecūqꝫ ar/
dua ⁊ difficillima nō solū nō moleste sed iocun/
de ⁊ equo animo ferant. Nihil enim moꝛte ter
ribilius. Hāc tamē amici dei cū opꝰ fuit passi
sunt pꝛo xp̄o gaudentes. Et ne multoꝝ exēpla
referamus: ꝓponit̃ exemplū de ꝓthomartyre:
qui in etate floꝛidissima lapidationis martyriuꝫ
patientissime tollerauit. Cui cū ex debito coga/
mur honoꝛē deuotū exhibere: vt possimꝰ suffra
gio ipsius sue sanctissime vite esse imitatoꝛes:
de ipso in pꝛesenti sermone dicturi sumus: sub
vno fructu qui est. Stephanus iesum videns:
sicut dicitur i themate. Video celos aptos ⁊c̄.
In quibus sanctissimis verbis tria pꝛincipalia
pꝛiuilegia beati Stephani notabimus.

Pꝛimū dicitur gratie.
Secundū victoꝛie.
Tertiū gloꝛie.

Qd̄ in Stephano fuit gratia. Cap. .I.

p Rimū pꝛiuilegiū dicit̃ gratie: de qua
dicitur Act. 7. Stephanus aūt plenꝰ
gratia ⁊ foꝛtitudine faciebat signa et
pꝛodigia magna in populo. Nā cū tria sint pec
cata pꝛima ad q̄ cetera reducunt̃: videlicet sup/
bia: auaricia: luxuria. Pꝛo q̄bus dicit̃. i. Joh̄.
2. Omne qd̄ est in mundo: aut est cōcupiscētia
carnis: aut cōcupiscētia oculoꝝ: aut supbia vite
necessariū est vnicuiqꝫ laboꝛare vt ab his non
superet̃: q̄nimo vincēdo cōtrarias sequat̃ vtu
tes. Quod esse nullo modo pōt sine diuina grā
sicut docet Aug. in li. de coꝛreptione ⁊ grā. ⁊ i
li. de p̄destinatōe sāctoꝝ. ⁊ i enchiridion. Deꝰ
aūt benedictꝰ vnicuiqꝫ laboꝛare volenti ⁊ facere
qd̄ in se est: hāc grām libere largit̃: adeo vt nul
lus nisi de pꝛopꝛia negligentia cōqueri possit.
Unde Cypꝛianus in epl'a ad Domnum ait.
Pꝛofluens largit̃ spūs: nullis finibꝰ p̄mit̃: nul
lis metaꝝ spacijs frenat̃. Māna igit̃ exuberat
affluenter. Nostrū pectꝰ tm̄ faciat ⁊ petit. Quā
tuꝫ illud fidei capax offerimꝰ: tm̄ inundātis grē
haurimꝰ. h̄ ille. Qd̄ clare ꝑcipimꝰ in btō Ste/
phāo xp̄i ꝓthomartyre dilectissimo: q grā diui
na superauit p̄fata peccata: ⁊ obtinuit in se tres
solemnes virtutes: videlicet.

Pꝛima est virtus humilitatis.
Secunda est virtus paupertatis.
Tertia est virtus castitatis.

Pꝛima vtus quā obtinuit beatꝰ Stephanꝰ
dicit̃ humilitatis: in honoꝛe sibi ab ecclesia exhi
bito. Ut. n. docet scriptura Actuū. c. 6. ipse nō
fuit vltimꝰ imo pꝛimꝰ ex septē diaconibꝰ ab apo
stolis oꝛdinatis in ministerio. Cū. n. eēt maxi
ma multitudo credētiū: q̄ in dies crescebat. 12.
apl'i decreuerūt eligere septē q possent p̄esse mi
nistrationi tp̄ali: vt ipsi possent liberius vacare
vbi diuini p̄dicatōi. Et elegerūt stephanū ple/
nū fide ⁊ spū scō: ⁊ Philippū: ⁊ Pꝛochoꝝ: et
Nicanoꝛē: ⁊ Thimonē: ⁊ Parmenā: ⁊ Nico
laū aduenā Anthiochenū. In quo honoꝛe nul
la elatione Stephanus itumuit: sꝫ i cunctis se
humilē exhibuit. Scd̄a vtus dicit̃ pauptatis
Nā de eo dicit̃. Act. 6. ꝙ fuit plenus fide. Un̄
Aug. ait. Qui de deo verā fidē habēt: n̄ cupiūt
i his miſijs diuites fieri. Et sic pꝫ q̄ꝫtū ad secū
dā vtutē. 3ª dr̄ castitatis. nā de eo dr̄ ꝙ fuit bo
ni testimōij ⁊ mūdissime fame: et qꝛ pleriqꝫ sua
volūtate

voluntate in peccatis cómorãtes excusationem
suscipiunt dicẽtes nõ posse virtuose viuẽ: qꝛ ip
se dñs suã gratiã denegat: nos intelligere debe
mus ꝙ ex fonte illo inundãtissimo diuine bo/
nitatis vnusquisqꝫ gustare potest si velit. Et qa
q̄ mali sunt nolũt qđ in se est facere: ideo gratiã
diuinã ꝑticipare non possunt. Inquit. n. Eu/
chidius in li. de causis. ꝙ prima cã inest oib⁹ re
bus: dispositionẽ vnã nõ tñ oẽs accipiũt: sed tã
tuꝫ secũdũ dispositionẽ suã. Quo fit: vt aliq̄ re/
cipiãt de gr̃a q̃ꝫtũ eis sufficiat ad salutẽ: vt sunt
illi q̄ i charitate obseruãt diuina mãdata Alij ve
ro aïo feruẽtiores: ꝑfectõis opa aggredientes
ample ꝛ copiose gratiã diuinã ipetrãt. Nõ. n.
potuissent ꝑseuerare in deserto. Antonius ma
gnus. Ilariõ. Paul⁹ prim⁹ heremita: ꝛ alij de
qb⁹ dicit̃ in vitis patrũ: nec etiã martyres taꝫ i/
manes ferre cruciatus durasqꝫ penas: si gr̃a dei
illis nõ succurrisset. Nõ potuissent i etate sua tã
florẽtissima supportare ꝛ calcare mũdi suꝑbiã:
spernere mũdi diuitias: paruipẽdere vanas de
litias: ꝛ humiliter ac caste seq̄ xp̃m in pauptate:
si nõ fuissent adiuti gr̃a dei. Et si dicit̃ ꝙ gratia
nõ põt esse maior i vno q̃ꝫ in alio: põt ad hoc rñ
deri ꝑ Augustini dictũ ad Dardanũ. In qb⁹
habitat de⁹ nõ equaliter habitat. Et idẽ ad Bo
nifaciũ. Tripliciter gr̃a meret̃ augeri. Que ver
ba exponẽs Alex. in. 3. dicit ꝙ maius ꝛ min⁹ i
formis spũalib⁹ nõ dicit̃ sicut in formis corpo/
ralibus: qꝛ secũdũ aug. de quãtitate aïe i formis
materialib⁹ dicit̃ maius ꝛ min⁹ secũdũ quãtitatẽ
diuisiuã: in formis autẽ spiritualib⁹ secũdũ quã
titatẽ ꝟtualẽ. Redeuntes ergo ad nostrũ ꝓpo/
sitũ dicim⁹: ꝙ nõ est incõueniens bonitati diui
ne qbuſdã copiosuꝫ donũ gr̃e ꝯcedere: cũ ꝛ de⁹
nulli deneneget: vt dictũ est qđ ẽ ad salutẽ neces
sariũ. Si. n. oẽs iudei heretici infideles ꝛ mali
xp̃iani in hoc seculo existẽtes vellent gratiã dei:
facile possent eã obtinere. Habuit eã Stepha
nus: ꝛ estimauit ac magnifice p̃cium illius ap/
preciauit.

Qđ in Stephano fuit victoria. Ca. .2.

S Ecundũ priuilegiũ in quo relucet di/
uinũ adiutoriũ beati Stephani dicit̃
victorie. Mos. n. maloꝝ est bonis
ꝑsecutionẽ inferre: qꝛ secũdũ phoꝝ sententiaꝫ:
cõtraria simul stare nõ possunt: ſꝫ mutuo se ex/
pellunt: ſm ꝙ Aristoteles. x. meta. docet: ꝛ in
predicamẽtis: siue fuerint cõtraria priuatiue vel
positiue: sicut calidũ nõ stat cũ frigido: nec albũ
cũ nigro: nec tenebre cũ lumine. Unde qꝛ bo/
ni malis cõtrarij sunt: eos cedũt ꝛ molestant: ꝛ
importune ꝑsequunt̃. Unde. 23. q. 4. c. Qui se
cundũ carnẽ. ait Hiero. Qui ſm carnẽ nat⁹ ẽ
ꝑsequebatur spũalẽ. s. Ismael Isaac. Nũcqꝫ au
teꝫ spũalis carnalẽ persequit̃. Qđ patet etiam ꝑ
beatũ Hiero. in epitaphio sancte Paule: sem
per ꝟtutes ꝑsequitur inuidia: feriũtqꝫ summos
fulgura montes. Etenim sancti omnes emu/
los habuerũt. In paradiso quoqꝫ serpens fuit:
cuius inuidia mors intrauit in orbẽ terrarum.
Et vt de omnib⁹ taceã: dñs noster iesus xp̃us
phariseoꝝ inuidia est crucifixus. Et ne multo/
ruꝫ exẽpla que sunt innumerabilia replicemus
ecce in proposito est. Stephanus leuita: contra
quẽ insurrexerũt viri iniqui ꝛ impij querentes
sibi mortẽ inferre: triplici bello interueniente.
Primũ dicit̃ disputationis.
Secũdum dicit̃ accusationis.
Tertiũ dicit̃ cõminationis.

Primũ preliũ fuit disputationis: qꝛ surrexe
runt qdã de synagoga que appellabat̃ liberti/
noꝝ: a regione sic nominatoꝝ ſm Nico. de li.
ꝛ cirenensiũ a cirene ciuitate: ꝛ alexandrinoꝛuꝫ
ab alexandria metropoli egypti: ꝛ eoꝝ qui erãt
a cilicia ꝛ asia: que sunt regiones ꝓpinque Iu/
dee. In quo prelio datus est sibi spirit⁹ sanct⁹
qui sibi facundiã ministrauit ſm xp̄i ꝓmissum
Luc. 21. Ego dabo vobis os ꝛ sapientiã: cui nõ
poterunt resistere ꝛ cõtradicere omnes aduer/
sarij vestri. Ideo aduersarij Stephani nõ po/
terant resistere sapientie ꝛ spiritui q̄ loquebat̃.

Secũdũ preliũ dicitur accusationis: qꝛ viden
tes iudei ꝙ per primũ modũ eũ nõ superassent:
callide submiserunt duos falsos testes: qui euꝫ
in iudicio accusarent. Et venerũt ꝛ accusauerũt
euꝫ dicentes. Stephanũ basphemasse deum: ꝛ
Moysen ꝛ templũ ꝛ legẽ. In quo prelio affuit
sibi diuinũ auxiliũ: qꝛ intuentes i eũ omnes q̄
errant in cõcilio: faciẽ eius viderunt tãqꝫ faciẽ
angeli. Ubi est subsecuta victoria: qꝛ de omni/
bus sibi subiectis ipse se clarissime purgauit:
magnificando deũ: ꝛ Moysẽ: ꝛ legẽ: ꝛ tẽplũ.
De deo dicit eũ qui locut⁹ est patribus ꝛ ꝓphe
tis deũ fuisse gloriosuꝫ. De Moyse ꝙ amicus
dei fuerat. De lege ꝙ fuerat a deo data. De tẽ
plo ꝙ fuerat ex p̃cepto dei cõstructũ. Tertiuꝫ
preliũ dicitur cõminationis. Nã cũ Stephan⁹
fuisset multa rationabiliter locut⁹: emuli sui nõ
volebant respondere: ꝛ audientes que diceban
tur desiccabant̃ cordibus suis: ꝛ stridebãt den
tibus in eũ. Ecce autem statim brachiũ dñi auxi

lium suggerens. Stephano qui in tali ꝯsilio pro
spiciebat sibi iminere periculū mortis. Nā in/
tendens in celū vidit gloriā dei ⁊ ait. Ecce vi/
deo celos apertos: ⁊ iesum stantes a dextris vir
tutis dei. De ista apparitione dicunt sancti do
ctores ꝙ Stephanꝰ aut vidit oculo corꝑali aut
mentali. Si corporali tria mirabilia sunt subse/
cuta. Primū est ꝙ vidit celos apertos. Quod
secūdū. Ni. de lira: est intelligēdū nō ꝙ celi fue
runt aperti ⁊ diuisi: cū sint incorruptibiles ſꝫ q꞉
sic clare vidit: ac si nullū fuisset obstaculū inter/
mediū. Secundū mirabile est: q꞉ vidit iesum in
gloria patris: cū ſm naturā īpossibile sit vt cor/
pus glorificatū ab oculo corporali in sua gloria
possit videri. Tertiū mirabile est: cū corpꝰ chri/
sti sit in celo empyreo: videndo ipsum vidit vl/
tra celū aereū sidereum ⁊ cristallinū. Impossi/
bile autē est ſm naturā: vt oculus corporalis in
tanta distantia possit videre. Si autē vidit ocu/
lo mentali: tunc factum est vt mens eiꝰ eēt adeo
illuminata ad noticiā glorie dei: ⁊ dn̄i nostri ie/
su christi filij sui: vt nihil aliud posset vel velle:
vel desiderare: nec mortē quā oēs fugiūt velut
sibi nociuū timere. Qđ ostendit̄. Judei. n. cuꝫ
audissent eum talia dicentē cōtinuerunt aures
suas: ſꝫ glo. ne audirent blasphemiā. Et sic ex
malicia sua estimantes eū blasphemū: licet non
esset eduxerunt eū extra ciuitatem ⁊ lapidabāt.
Et testes deposuerunt vestimenta sua: vt cele/
rius interficerent eū: ad pedes adolescentis: q
vocabat̄ Saulus: qui postea Paulꝰ fuit. Ipse
vero lapidatꝰ vulneratus: cruore ꝑfusus nō dice
bat. Heu me dolētē: nō heu me iuuentē: nō di
cebat: heu me q꞉ morior sine cā: nō dicebat heu
me q꞉ relinquo mūdū: heu me q꞉ relinquo ami
cos morte ꝑcussus. Sed qđ dicebat. Domine
iesu accipe spiritū meū: ⁊ ne statuas illis hoc pec/
catū. Quo dicto obdormiuit in dn̄o. Vbi glo.
ait. Pulcre dictū est: obdormiuit in domino ⁊
nō mortuus est: q꞉ obtulit sacrificiū dilectionis
⁊ obdormiuit in spe resurrectionis.

Qđ in Stephano fuit gloria. Cap. .3.

Tertiū priuilegium beati Stephani in
quo relucet diuinū adiutoriū dicit̄ glo
rie. Nā vt ait ꝑs. Preciosa in cōspe/
ctu dn̄i mors sanctoꝝ eius. Quod in stephano
verificatū est: qui triplicē gloriā adeptus est.
Prima dicit̄ specialis honorationis.
Secūda dicit̄ miraculoꝝ operationis.
Tertia dicit̄ plene beatificationis.
Prima gloria quā cōsecutus est btūs Ste/
phanus dicitur specialis honorificationis. Est
enim in ecclesia dei inter martyres primus: et
eius festū post natiuitatē domini celebrat̄. Et
nō. ꝙ de beato Stephano fit duplex officiū vel
festū. s. inuentionis ⁊ passionis. Inuentio eiꝰ
anno domini quadrigentesimoseptimo ⁊ āno
sexto Honorij principis narratur fuisse. Cui/
dam enim ꝑsbytero Luciano in territorio hie/
rosolymitano feria sexta in stratu suo quiescēti:
cū pene vigilaret: quidā senex statura procerus
vultu decorus: ꝓlixa barba: pallio cādido ami
ctus: in cuius summitatibꝰ erāt nāqꝫ auree cru
ces cōtexte: calciatus caligis in suꝑficie deaura
tis apparuit. Qui virgā aureā manu tenens te
tigit eū dicens. Patefacito diligenter tumulos
nostros: quia indecenter recōditi sumus ⁊ de/
specto valde loco: ⁊ resera hoc episcopo hieroso
lymitano Joāni. Cui Lucianus dixit. Domi
ne qs es. Et ille. Ego suꝫ Gamaliel q Paulū
apostolū enutriui: eūqꝫ docui legē. Qui autem
mecū iacent est sanctus Stephanus: quē lapi/
datū in meo tumulo nouo collocaui. Alius est
Nicodemus nepos meus: ⁊ alius Abibas fi/
lius meus. Quo dicto sanctus Gamaliel di/
sparuit. Cū autē prefatus Lucianus iussa eiꝰ
differret implere: iterū apparuit ei. Dixitqꝫ ga/
maliel. Quare neglexisti que tibi dixerā. Qui
dixit. Pater nō neglexi: sed oraui si hoc a deo
esset: mihi secūdo appareret feria sexta sequētis
hebdomade. Post hoc autē Lucianꝰ abiit ad
episcopū: narrauitqꝫ ei cuncta ꝑ ordinē. Per/
gunt igit̄ cū alijs episcopis ad locū Luciano ostē
sum: inuenteqꝫ sunt sanctoꝝ reliquie: ⁊ in eccle
sia montis syon sunt reuerenter collocate. De
hac inuentione loquit̄ Beda in cronica sua.
Corpus vero sancti Stephani est delatū cōstan/
tinopoli. Qđ tandē tempore Theodosij īꝑato
ris rome est delatū: ⁊ in sepulchro in quo iacet
scūs Laurentius fuit etiā cōditū. Inuentio au
teꝫ fuit eadē die qua passio eiꝰ celebrat̄. Festiui
tas aūt mutata est post natiuitatē dn̄i: q꞉ solem/
nius agebat̄ festū de eiꝰ inuentione q̄ꝫ de passio
ne. Ideo festū de passione post natiuitatē domi
ni ab ecclesia celebrat̄: ⁊ ꝓpter reuerentiā natiui
tatis dn̄i ⁊ q꞉ passio eiꝰ maior ⁊ dignior ē q̄ꝫ eiꝰ
inuentio. Secūda gloria quā assecutus ē bea
tus Stephanus dicit̄ miraculoꝝ operationis.
Dicit. n. Aug. 22. de ciui. dei. beatū Stepha/
nuꝫ innumeris miraculis coruscasse: ⁊ mortuos
sex suis meritis suscitasse: multosqꝫ a varijs lan
guoribus liberasse: de qbus diffusius loquitur
ibi Aug.

ibi Aug. Tertia gloria quã beatꝰ Stephanꝰ assecutus est dicit plene beatificationis. hãc hꝫ in regno celoꝝ deũ clare videndo tenendo atqꝫ fruendo. Ibi factus est in pace locus eiꝰ. Ibi possessionẽ hꝫ opulentaꝫ ⁊ plenã quibuslibet bonis. Ibi possidet aureolã: q̃ dat martyribꝰ doctoribus ⁊ ꝟginibus. Sic itaqꝫ audiuimꝰ Stephanũ laborantẽ: intelleximus eũ xp̃m adiuuãtem: ipsum ꝟo vincentẽ: eũqꝫ nunc gloriosum colimus in regno celoꝝ: in quo xp̃s ipse benedictus viuit ⁊ regnat cũ omnibꝰ sanctis suis ꝑ infinita secula seculoꝝ. Amẽ.

In die sancti Ioãnis euãgeliste. Sermo de eodem.

Fructus. 25. Jesus Joãnẽ diligit.

d **Ilectus** meus mibi ⁊ ego illi Canti. 2. c. In collegio sanctoruꝫ celi magnã gloriã possidet Ioãnes euãgelista: cuius laudes vix lingua exprimere suffi[c]it: qm̃ ex omni parte ꝟtutũ suaꝝ preconia suꝑabundant. Verũtamẽ q2 hodierna die ecclesia [i]psius festũ celebrat nos deuotione qua poteri[m]us de ipso ꝟba facturi sumus: dicemusqꝫ q̃ꝫ [d]ilectus atqꝫ carus fuit dño nostro iesu christo [s]ub vno fructu: q est. Jesus ioãnẽ diligit. Qð [i]n ꝓpositis verbis exprimit: cũ de ipso xp̃s di[ci]t. Dilectus meus ⁊c̃. In quibus verbis tria [m]ysteria huius ardentissime dilectionis erunt [n]obis cõtemplanda.

Primũ dicit rationis.

Secundũ dicitur ostensionis.

Tertiũ dicitur cõclusionis.

Qð rationibus ꝓbatur Joãnem a xp̃o singulariter fuisse dilectum.

Capitulũ. I.

p **R**imũ mysterium dicit rationis. In quo cõtemplari libet: cur xp̃s filiꝰ dei Joãnẽ euangelistã ita dilexerit. Rñdetur vt de ipso singulariter dicit: ꝙ fuerit dilectꝰ [di]scipulis iesu. Nã Joh. 13. habet. Erat recũ[be]ns vnus ex discipulis eiꝰ in sinu iesu: quẽ di[lig]ebat. Et Joh. 2. Venit ad Symonẽ Pe[tru]m: ⁊ ad illũ discipulum queꝫ diligebat iesus. [Jo]. 21. c. Cõuersus Petrus vidit illũ discipu[lu]m quẽ diligebat iesus sequentẽ. Aug. super [ho]c verbo ait. Seipsum dicit discipulũ quẽ dili[ge]bat iesus: q2 ipsum pre ceteris familiarius di[lig]ebat. De q̃ etiã cantat ecclesia: ⁊ sumitur de [dic]tis venerabilis Bede. Hic est Joãnes q privilegio amoris p̃cipui ceteris altius a domino meruit honorari. Et dicimus ꝙ triplici ratione xp̃s ita diligebat Joãnem.

Primo ratione fraternitatis.

Secũdo ratione etatis.

Tertio ratione ꝟginitatis.

Primũ eũ diligebat ratione fraternitatis q2 erat sibi frater ex eadem stirpe natus. Nam vt colligitur ex dictis sanctoꝝ patrũ. Anna tres filias habuit: scilicet Mariã matrem domini: et Mariã iacobi: ⁊ Mariam Salome. De Maria iacobi geniti sunt Jacobus minor. Symõ cananeus. Judas Thadeus: qui fuerũt apostoli: ⁊ Joseph qui cognominatus est iustus. De Maria salome natus est Jacobus maior ⁊ Joãnes euangelista. Vnde fm̃ Franciscuꝫ de maronis colligitur hec veritas ꝙ Joannes euangelista habuit triplicẽ germanitatẽ ad xp̃ꝫ pro eo ꝙ mater domini habebat tãtã germanitatem sola ad filiũ suum: quantã habent pater ⁊ mater in alijs: eo ꝙ corporalẽ substantiã totam filio suo dedit in qua germanitas radicatur: eo ꝙ de substantia virginis christus fuit totaliter formatus. Et ideo tantũ fuit ei germanus beatus Joãnes ex parte solius matris: quantuꝫ si christus fuisset ex vtroqꝫ parente. Et si dicatur nõ est veꝝ ꝙ christus magis dilexerit Joãneꝫ q̃ꝫ alios apostolos: q2 Joh. vlt. xp̃s dicit Petro. Symon Joãnis diligis me. Et ipse. Tu scis domine: q2 amo te. Et xp̃s magis diligit eos: qui eũ magis diligunt. Ergo magis dilexit Petruꝫ q̃ꝫ Joãneꝫ. Quod etiã ex textu apparet: q2 Petro cõmisit ecclesiaꝫ gubernandã. Ad hoc dicere possumus fm̃ Aug. sup iohã. ꝙ est dilectio in signo exteriori: ⁊ est dilectio in effectu interiori. Si loquamur de dilectõe primo modo: magis diligebat iesus ioãnem quia maiorẽ ei exhibebat familiaritatem. Si autẽ q̃ꝫtum ad effectũ interiorẽ qui est effectus gratie: sic diligebat Petruꝫ: q2 maius munus gratie ei exhibebat. Et hec est ratio quare per Joãnẽ ⁊ Petruꝫ duplex vita significatur: ꝑ Petruꝫ vita actiua que trãsit: per Joanneꝫ vita cõtemplatiua que ꝑmanet. Vnde Petro dictum est Sequere me. De Joãne vero dicit. Sic eum volo manere. Et q2 actiua est laboriosior ⁊ fructuosior: contemplatiua vero purior ⁊ iocundior: ad significandaꝫ huius vite duplicẽ differentiam familiarius se dominꝰ exhibebat Joãni q̃ꝫ Petro. Ex hoc dicit Aug. ꝙ Petrꝰ erat melior: sed Joãnes erat felicior. Bern. autem

aliter respondet. d. q̄ Petrus dilexit feruenti⁹ τ ideo diligebaẗ forti⁹. Joãnes ꝟo dilexit dul/ cius: τ ideo diligebaẗ familiarius. Alij aũt di/ xerunt q̄ Petrus magis dilexit deũ in ꝓximo q̃ȝ Joãnes. Joãnes ꝟo magis dilexit deuȝ in se q̃ȝ Petrus. Unde Petr⁹ recepit curã regi minis: τ ex hoc habuit maiorẽ gloriã ad laborẽ actionis. Joãnes aũt habuit efficaciorẽ gratiaȝ ad quietẽ cõtemplationis. Fuit ergo vterqȝ di/ lectus a xp̃o: cũ de Joãne modis ꝑdictis dicaẗ q̄ a xp̃o singulariter diligebaẗ. Sȝ aliqs dicere posset. Videẗ mihi q̄ Petrus apostolus fue/ rit xp̃o amplius amicus: τ q̄ magis xp̃s ipsuȝ dilexit. Et hoc ꝓbo tali ratione. Quãdo aliqs homo hȝ facere aliqđ magnũ iter: si est bene sa/ piẽs: ipse cõmittit rem sibi magis charã maiori τ meliori amico queȝ habeat in mũdo. Sȝ ille qui est fons sapientie verbũm dei in excelsis. s. dñs iesus quãdo iuit in celũ: ipse cõmisit reȝ sibi magis charã quã in mundo haberet. s. sanctaȝ matrẽ ecclesiã: pro qua de celis descendit: τ mo ri voluit Petro: quãdo dixit ei. Tu es Petr⁹ τ sup hãc petrã edificabo ecclesiã meã Math. 16. Et quodcũqȝ ligaueris sup terrã erit ligatuȝ τ in celis. Et tibi dabo claues regni celoꝝ. Er go videẗ q̄ beatus Petrus fuerit melior ami/ cus quẽ christ⁹ habuerit. Ad istaȝ rationẽ ego respondeo τ dico q̄ dñs noster iesus xp̃s ꝯmẽ dauit ecclesiã suã meliori mõ beato Joanni q̃ȝ Petro. Et ratio ẽ ista. Vos scitis q̄ nihil aliđ est ecclesia q̃ȝ cõgregatio fideliũ omniũ xp̃iano ruȝ: sed tp̃e passionis xp̃i tota fides xp̃iana de/ fecit in omnib⁹ τ remansit solũ in virgine glo/ riosa. Unde ipsa sola fuit tunc sancta mater ec/ clesia. Et ista cõmendata fuit beato Joh. Er/ go maior τc̃. Itẽ videẗ fuisse maior alia ratione In euãgelico fit cõparatio inter statũ ꝟginita/ tis τ matrimonij. Et dicit euangelista q̄ est tã ta differentia: quãta est inter centum τ triginta. Beatus Petrus habuit vxorẽ τ filiã: beatus aũt Joãnes fuit ꝟgo purissimus. Et ideo tan ta differentia videẗ esse inter eos: quãta est in/ ter centũ τ triginta. Sȝ diceret aliquis. Est ne maior Joãne baptista. Joãnes baptista fuit vir go purissimus: fuit germanus christi: fuit san/ ctificatus: fuit ꝓpheta τ plusq̃ȝ ꝓpheta: fuit mar tyr. Ipse ẽ de quo saluator ait. Inter natos mu lieꝝ nõ surrexit maior Joãne baptista. Quid dices ad istas magnas ꝓrogatiuas. Rñdeo τ dico q̄ Joã. euãgelista habuit excellenter om/ nẽs istas ꝓrogatiuas. Si vis dicere q̄ Johã.

baptista fuit ꝟgo: τ iste euãgelica Joãnes fuit virgo mente τ corpore: ideo dñs vocauit eũ de nuptijs: τ ꝓpter excellenteȝ ꝟginitatẽ christus in cruce positus ipsi matrẽ cõmendauit: τ in si gnũ huius maxime ꝟginitatis dñs nõ ꝑmisit corpus eius in feruentis olei dolio destrui nec corrumpi: nec post mortẽ eius vermib⁹ τ terra putrefieri. Si vis dicere: baptista fuit germa/ nus xp̃i: dico q̄ Joãnes euangelista excessit eũ in vno gradu: qꝛ Joãnes euãgelista fuit filius sororis beate ꝟginis Marie. Sȝ beatus Joã nes baptista fuit filius Helisabet cognate ei⁹. Si vis dicere q̄ Joãnes baptista fuerit sancti/ ficatus in vtero: dico q̄ licet Joãnes euãgelista nõ fuerit sanctificatus in vtero: tamẽ ibi Joã/ nes baptista recepit semel spiritũ sanctũ: sȝ bea/ tus Joãnes euãgelista recepit ter cũ alijs apo/ stolis. Si vis dicere q̄ Joãnes baptista fuerit propheta τ plusq̃ȝ ꝓpheta: dico q̄ Joãnes euã gelista fuit ꝓpheta: sicut apparet i Apoca. quã do ꝓphetauit multa q̃ ventura erant septẽ eccle sijs q̃ sunt in Asia: τ multa alia q̃ sunt ventura Fuit etiã plusq̃ȝ ꝓpheta: qꝛ habuit nobili⁹ offi/ ciuȝ q̃ȝ si esset ꝓpheta. Si vis dicere q̄ Joã/ nes baptista fuit martyr: dico etiaȝ q̄ Joãnes euãgelista fuit martyr. Ita dicit beatus Aug. in quodã s̃mone beati Joãnnis euangeliste: q incipit. Postulat autẽ mater filioꝝ Zebedei cũ errore muliebri. Intelligens christus ꝑces ei⁹ ex filioꝝ descendere voluntate ait. Potestis bi bere calicẽ quẽ ego bibiturus sum. Per calicẽ in scripturis diuinis passionẽ intelligim⁹: vt ẽ illud. Pater si possibile est transeat a me calix iste. Et in p̃s. Quid retribuã dño pro omnib⁹ q̃ retribuit mihi. Calicẽ salutaris accipiã. Sta/ timq̃ȝ infert: qs est iste calix. Preciosa in ꝯspe ctu dñi mors sanctoꝝ eius. Possumus rñde/ runt illi. Quibus christus. Calicẽ qdẽ meũ bi betis: sedere autẽ ad dexterã τc̃. Aug. Querit q̃stio: calicẽ martyrij filij Zebedei: videlicet Ja cobus τ Joãnes biberũt: cũ scriptura tñ narret apostolũ Jacobũ ab Herode capite truncatuȝ. Joãneȝ autẽ ꝓpria morte finisse. Sȝ si legim⁹ historias ecclesiasticas: in qbus referẗ q̄ ipse ꝓ pter martyriũ fuit missus in feruentis olei do/ lio: τ pro suscipienda corona christi athleta pre/ cesserit: statimq̃ȝ cũ delegatus in pathmos insu lam sit: τ venenũ biberit: videbimus martyrij animũ nõ defuisse: τ bibisse Joãnẽ calicẽ con/ fessionis: lȝ ꝑsecutor nõ effuderit sanguinẽ. hec Augustin⁹. Demũ ille gladius passius christi

qui ꝑtrãsiuit

qui ꝑtransiuit animā Marie: ꝑtrāsiuit animaꝫ
Joānis euāgeliste: vt dicunt aliq̄ sancti. Sed
q̄d dices ad ꝟbū christi quando ipse dixit: inter
natos mulieꝝ ⁊c̄. Respondeo ⁊ dico s̄m ꝙ di
cit quedā glo. ꝙ in hoc nō preferṫ patriarchis
⁊ ꝓphetis ⁊ cūctis hoībus: sed equalis ceteris
sanctis ōnditur. Vel aliter dicendū ē: ꝙ xp̄s fe
cit cōpatōem ad scōs q̄ precesserūt: ⁊ ideo dixit
nō surrexit. i. nullus maior precessit: sed nō ne
gauit quin equalis. Vel ēt dicitur ꝙ nō fecit cō
patōem ad sanctos q̄ sequi debebāt: ⁊ iō nō di/
xit: nō surget maior: q2 Joānes euāgelista de/
bebat exurgere equalis. Quis istoꝝ duoꝝ sit
maior vel minor: nō debemus curare: sicut pꝫ
ꝑ quoddā miraculū: quod in vita bti Joannis
baptiste legiṫ: vbi habeṫ ꝙ erant duo doctores
theologi quoꝝ vnus Joānem baptistam: alter
euāgelistā preferebat. Tandē super hoc dispu
tatōe ꝓposita quilibet valde sollicitus erat auc/
toritates ⁊ efficaces rōes inuenire: q̄bus suum
Joānē posset preferre. Adueniēte aūt disputa
tōis die: q̄libet sanctoꝝ emulatori suo apparuit
eiqꝫ dixit. Bene cōcordes sumus in celis: de
nobis nō disputetis in terris. Tunc illi sibi ad
inuicē hoc in populo publicauerūt: ⁊ deū bene
dixerūt. Dicamꝰ ergo Joannē euangelistam
singulariter inter alios fuisse dilectū. Secun
do diligebat xp̄s Joannē rōe etatis: q2 in eta/
te tenera mūdo spreto secutus ē xp̄m. Erat q̄p
pe adolescēs: ⁊ a xp̄o fuit vocatus ad sui imitā
da vestigia. De cuius vocatōe dicit Nico. d̓ li
ra in ꝓlogo in Joannē: ꝙ tripl'r Joannes fuit
vocatus. Primo ad xp̄i aliq̄lē noticiā. Nā
vt habetur a Joāne. i. c. quādo Andree petē/
ti: rabbi vbi habitas: respondit iesus: veni ⁊ vi
de. Erat cū ipso Joānes euāgelista. Qui seq̄n
tes xp̄ꝫ venerūt ⁊ viderūt vbi maneret sicut ho
spes: ⁊ manserunt apud illū illo die. Secūdo
fuit vocatus ad xp̄i familiaritatem. Et de hac
vocatōe dicit Hieronymus in ꝓlogo suo sup̄
Joannē. Hic est Joannes euangelista vnus
ex discipulis dn̄i q̄ ꝟgo a deo ē electus: quē de
nuptiis volentē nubere vocauit dn̄s. Tertio
fuit vocatus ad apostolatum: quādo relictis re
tibus ⁊ patre cum fratre suo secutus ē christum
Math. 4. Ambulans iesus iuxta mare ⁊c̄.

Tertio diligebat xp̄s Joānem rōe sue ꝟgini
tatis. Placent. n. dn̄o nostro iesu xp̄o q̄ in ma
trimonio regulate viuūt: sed multomagis pla/
cēt ei q̄ continētiam seruāt. Super oēs tamen
grati sūt illi qui mēte ⁊ corpore ꝟginitateꝫ am/
plectūtur. Quod videṫ nostrā ꝓpriam naturā
excellere ⁊ superare: q2 inq̄t Hiero. ad sacras
ꝟgines de continentia ꝟginali. Grande ē ⁊
imortale: ⁊ pene vltra nostrā corpoream nām
superare luxuriā ⁊ cōcupiscentie flāmam adole
scentie facibus estuātem omni ꝟtute restringe
re nostri gemitus oblectatōes excludere: viue/
reqꝫ cōtra humani generis legē: despicere cōiu
gii solatia: dulcedinē cōtēnere liberoꝝ: ⁊ quecū
qꝫ presentis vite cōmoda sunt pro nihilo spe fu
ture btitudinis cōtempsisse. hec ille. Cum ita/
qꝫ Joānes adolescēs xp̄m fuerit secutus ⁊ ꝟ/
go afficiebaṫ ei xp̄s qui puritateꝫ diligit. Quo
exemplo īducimur: vt ⁊ nos q̄ꝫ citiꝰ possumus
xp̄m velimꝰ sequi. Quid dormimꝰ. Quid su
mus iertes cum audimꝰ Joannē a xp̄o dilectū
Curramus vt diligamur ab illo: q2 nisi dilexe
rit nos nihil nobis ꝓderit q̄dcūqꝫ t̄pale bonuꝫ
in dilectōe quoqꝫ sua cōsumatur omnis felici/
tas. Ille eteni sapiēs ē: ille magnꝰ: ille deniqꝫ
gloriosus: qui ita viuit: vt a christi amore non
excludatur.

Quod christus ostendit dilectionem: quam
habebat erga ioannem. Capitulum .2.

S Ecūdum mysterium contemplanduꝫ.
dicitur ostensiōis. Voluit nāqꝫ domi
nus noster iesus xp̄s ostendere dilecti
onē erga ioannē in hac vita maxime quantum
ad tria. videlicet.

Primo q̄ꝫtum ad ꝓfessionem.
Secūdo q̄ꝫtum ad conuersationem.
Tertio q̄ꝫtum ad cōmendationem.

Primo ostendit xp̄s iesus dilectōem suam
erga ioannem: q̄ꝫtum ad ꝓfessionem: q2 subli/
mauit eū ad gradus multiplices ecclesiastice di
gnitatis. Nam vt inq̄t apostolus ad Eph. 4.
c. Dedit xp̄s quosdā q̄dem apostolos: quosdā
aūt ꝓphetas: alios tamen euāgelistas: alios aūt
pastores ⁊ doctores. Sed ioānes fuit apl's: vt
pꝫ Math. x. c. Fuit ꝓpheta sicut notaṫ Apoc.
I. c. sicut ipse ait. Beatus q̄ audit ⁊ legit verba
ꝓphetie huius: ⁊ seruat ea q̄ in ea scripta sunt.
Fuit euāgelista: sicut apparet in euangelij de/
scriptōe. Fuit ēt doctor predicādo ⁊ discurren
do per asiam: ⁊ demū scribendo epl'as suas ca
nonicas. Scd̓o ostendit xp̄s dilectiōem erga
ioannem in cōuersatiōe. Hic nāqꝫ fuit qui cuꝫ
Petro ⁊ iacobo xp̄ꝫ vidit trāsfiguratū. Mat.
17. Secūdo fuit hic in puelle resuscitatōe: ita le
gitur Marci. 5. c. ꝙ princeps accessit ad euꝫ ⁊
adorabat eū dicens. Domine filia mea mōdo

defuncta est: sed veni ⁊ impone manū sup̄ eaꝫ
⁊ viuet. Respondit ei iesus dicēs. Noli time/
re. Et cū venissꝫ ad domū principis sūpsit Pe
trū Jacobū ⁊ Joannē: ⁊ patrē ⁊ matrē puelle.
⁊ ait illi. Surge. Et confestiꝫ surrexit ⁊ ambula
uit. Tertio hic fuit ēt in sua acerbissima passiōe
Math. 26. Assumpto Petro ⁊ duobus filijs
zebedei cepit cōtristari ⁊ mestuꝫ eē dicēs. Tri
stis ē anima mea vsqꝫ ad morteꝫ. Hic ēt fuit q
tp̄e cene recubuit in sinu iesu: ibiqꝫ obdormiuit
In qua dormitōe reuelata sūt ei secreta celestia
de qbus postea ip̄se dicebat prima sua canonica
1. c. Quod fuit ab initō qđ audiuimus ⁊ quod
vidimus: ⁊ manus nostre cōtrectauerūt de Ver/
bo vite. Ubi scđm quosdā habemus dicere: qꝛ
Joannes vidit deū per essentiā in hac mortali
vita. Quod cōfirmatur: qꝛ ei fuit reuelatū my
steriū generatōis eterne: quam nullus cogno/
scere pōt. ⁊c. Secūdo qꝛ fuit ei reuelatū myste
riū incarnationis: quod notať ad Ubi ꝓprieta/
tē: ⁊ ita a diuinitate sub propria rōe. Quod ex
p̄ssit Joannes in canonica dicens. Nos vidi
mus ⁊ testificamur: quādo pater misit filiū suū
saluatorem mūdi. Et Jo. 1. Vidimus gl'iam
Sed actus beatificus nō potest cognosci: nisi
cognoscatur illud in quo ē: sicut Stephan⁹ nō
potuit videre xp̄m eē ad dexteram dei: nisi vi/
deret deū. Tertio oñdit xp̄s erga Joānē dile
ctōem suam q̄ꝫtum ad cōmēdatōem: qñ moriēs
in cruce: ⁊ audiēs suam matrē flentē ⁊ lachry/
mantē cōmēdauit eam suo dilecto Joanni di/
cēs. Ecce mater tua. O q̄ꝫ dignū fuit hoc priui
legiū Joāni concessum. Nam si bene cōsidere
mus: videbat xp̄s Uginē matrē suam paup̄cu
lam desolatā ⁊ merore cōfectam. Nā clamabat
querula voce ad filiū dicēs. O fili mi dulcissi/
me. O fili mi amātissime. O fili mi dilectissi/
me. Video te in cruce deficientē: ⁊ ego orbata
tanto filio quo ibo. Ad quē confugiam. Quis
mihi auxiliū dabit ⁊ consiliū in tam iestimabi/
li pena. O fili mi domū nō habeo: pecunias ñ
possideo: diuitias nō teneo. Tu mihi thesaur⁹
eras: ⁊ ecce in cruce morieris. Amici tui om/
nes dereliquerūt te. Quis mihi mitigabit dolo
rē meū. Cui me dimittis. O fili sapiētissime re
sponde mihi. Ego mater tua. Ego te in vtero
meo portaui. Ego te paui lacte meo. Ego te te
nui brachiis meis: ⁊ nūc factus es mihi alien⁹
Latroni locutus es: ⁊ mihi qd dicis. Loquere
fili loq̄re afflicte matri tue Marie. Audi o Jo
ānes: quid de te loqtur xp̄s. Mulier igt ecce fi
lius tuus. Et tu Joānes vide matrē tua. Tibi
eam cōmēdo. Tu illam adiuua: ei assiste in tri/
bulationibus suis. Non habebat xp̄s in mun
do quēq̄ꝫ chariorem sua matre: ⁊ eā vt diximˀ
ioanni benignissime cōmēdauit.

Quod Joānis amor a christo feliciter est cō
clusus. Capitulum .3.

Ertiū mysterium principale dicitur cō
t clusionis. Amor quidem ad ioannem
euangelistā feliciter ē conclusus. Quē
christus voluit triplici priuilegio decorare in
hac mortali vita dum viueret.
Primum dicitur miraculorū corruscationis.
Secundum dicitur admirande consūmatōis.
Tertium dicitur superne glorificationis.

Primū priuilegium dicitur miraculorum
corruscationis. Ipse enim multa miracula ope
ratus est. A Domitiano nanqꝫ crudelissimo
ad vrbem vocatus: in qua in feruentis olei do
lio missus: inde illesus exiuit: a quo fuit in exili
um relegatus. Hic Domitianus vt de ipso di
dicimus secundum Suetonium Eutropium
Horosium ⁊ Judam libro de temporibus. fu
it Vespasiani filius ⁊ frater iunior Titi. Qui
mortuo Tito in imperium sublimatus est: ⁊ in
principio ostendit se moderatum valde: dissi/
mulans diligere studia poetarum: ⁊ reficiens
bibliothecas. Et ita videbatur horrere cedes:
vt nec boues immolari mandauerit. Sed in fi
ne seuerus apparuit. Nam senatores nobilissi
mos ⁊ multos consulares suos occidit. Et se/
cundum Eusebium libro. 3. ecclesiastice histo
rie persecutus est christianos ⁊ iudeos. Et se/
cundum Horosium se deum ⁊ dominum per
misit appellari: ⁊ in cunctis suarum primordi/
is litterarum dicebatur. Deus ⁊ dominus ve
ster Domitianus. Qui propter odium tandē
a cubiculariis suis occisus est vulneribus: an
no etatis sue quadragesimoquinto. Quo mor
tuo sanctus ioannes ephesum remeauit. Ubi
Drusianam suam deuotam suscitauit. Ubi
Cratonem philosophum ⁊ duos iuuenes qui
mundum contempserant: ad fidem christi re/
duxit: propter gemmarum fractarum integri/
tatem. Ubi iuuenem qui mortuus efferebatur
ad vitam redire imperauit. Et non solum in
Epheso: verum etiam per totam asiam multa
miracula est operatus virtute diuina: sicut dif/
fusius patet in sua legenda. Secundum priui
legium dicitur admirande consūmationis.
Mirabiliter enim cursum suum consūmauit.
Nam cū

Nam cum esset. 88. annorum apparuit ei do/
minus dicens. Ueni dilecte mi. Qui die do/
minico predicauit vsque ad magnam partem.
diei: denuq̃z in foueam descendit: super quam
tanta lux emicuit: ꝙ nullus ibi respicere pote/
rat. Recedente vero lumine: fouea impleta
manna inuenta est. Ubi difficultas oritur apđ
plurimos: si Joannes fuit mortuus. Et dixe/
runt aliqui ꝙ non est mortuus: sed dormit in
sepulchro: hoc accipientes in signum: ꝙ in se/
pulchro suo videtur quedam scaturicies man/
ne per modum ebulitionis surgere. Et dicunt
ꝙ hoc causatur ex vita eius. Sed Augustin⁹
hoc improbat: quia hoc non esset ioannis priui
legium: sed magis detrimentum: si tam diu di
uina fruitione retardaretur aliis apostolis i glo
ria existentibus. Alii vero dixerunt ꝙ ioãnes
non est mortuus: sed cuz Enoch ⁊ Helia trãs
latus est in paradisum. Hoc autem videtur es
se falsum: quia scribitur ad Heb. 9. c. Statutũ
est homini semel mori. Nec virgini gloriose
concessum non mori. Quidam enim dicunt:
ꝙ est mortuus: tamen sine dolore: sicut fuit si
ne corruptione carnis. Quod videtur senti/
re Hieronymus in prologo in ioannem ⁊ in
Apocalypsim: vbi ait. Hic est ioãnes q sciẽs
superuenisse recessum: conuocatis discipulis i
Epheso post multa signorum experimenta in
de fossum descendens sepulture sue: locutione
facta reddidit spiritum: tam extraneus a dolo
re sue mortis q̃z a corruptione carnis fuit alie
nus. Et si dicatur ꝙ christus dixit Petro de
ioanne. Sic eum volo manere. vnde exijt ser
mo inter fratres ꝙ discipulus ille non moritur
Secundum Aug. est dicendum ꝙ christus re
spondit ad verba Petri petentis habere ioan
nem socium in passione ⁊ martyrio dicẽs. Sic
eum volo manere donec veniam: non ad iudi
cium in fine: sed ad vocandum eum in gloriaz
celestem ab huius mundi statu. Tertium pri
uilegium dicitur superne glorificationis. in ce
lesti nanq̃z curia copiosam esse ioannis gloriaz
omnes cognoscere possunt qui sciunt gloriam
esse meritis correspondentem. Et ne multa di
camus: ioannes euangelista non in infimo or
dine ⁊ gradu est sanctorum collocatus: verum
etiam ipse est qui propter amorem inter seraphi
ardentes habitare creditur. Si ergo felix ⁊ be
ata dilectio est: que ioannem ad gloriam ac dul
cedinem vsq̃z perduxit: ipsius exemplo vt chri
stus nos diligat studeamus: qui est benedictus
⁊ laudabilis per infinita secula seculoꝝ. Amẽ.

In festo innocentum. Sermo ꝑ eisdem.

Fructus. 26. Innocentes pro christo occidũt.

Accipe puerum ⁊ matrem eius ⁊ fuge in egyp
tum. Angeli ad ioseph loquen
tis verba sunt ista. Math. 2. c.
Iniquitas Herodis impij et
crudelis christum iesum in cuna vagientẽ per
sequi vt occideretur curauit. Quod se implere
credens ne deciperetur non solum super chri
stum vt ipse interficeretur effudit iram suam:
sed etiam super alios paruulos innocentes:
quorum solennitas celebrata est in ecclesia.
Ubi mens deuota intueri debet quanta sit ob
ligatio rationalis creature ad filium virginis
diligendum qui in qualibet etate sua pati pro
nobis dignatus est. Quamobrem in presenti
sermone recensere debemus ea que de fugatio
ne ⁊ eius peregrinatione in egyptum: ⁊ puero
rum occisione euangelica historia testatur sub
vno fructu qui est. innocentes pro christo occi
duntur. De quo tria principaliter occurrũt cõ
templanda.

Primum est innocẽtis iesu elongatio ex ange
lica monitione.

Secundum est Herodis nequitia ex paruulo
rum necatione.

Tertiũ ẽ occisorum merita ex remuneratione.

Quod monitus ioseph per angelum cum ie
su ⁊ Maria fugit in egyptum.

Capitulum primum.

Primuz mysterium contemplandum
dicitur innocentis iesu elõgatio ex an/
gelica ãmonitiõe. De quo in textu euã
gelij scribitur. Angelus domini apparuit in
somnis ioseph. ⁊c̃. Ubi tria dubia possunt oc
currere.

Primum ẽ an aliquis angelus deputatus fue
rit ad custodiam christi.

Secũdum ẽ quare christus illo tempore mori
recusauit.

Tertiũ ẽ cur i sua fuga egyptũ petere voluit.

Ad primuz dubium videtur a quibusdam
dicendum ꝙ christus ad sui custodiam angelũ
habuit. Multa enim in scripturis inueniũtur
ex quibus facile hoc colligi potest. Nam Lu
ce. 2. c. habetur ꝙ angelus nũciauit xp̃i natiui
tatem: q potuit eẽ ãgel⁹ ad sui custodiã d̃putat⁹
Et ibidẽ. 22. Ecce apparuit ei angelus dñi cõfor

tans eum. Vbi Beda ait. In testimoniũ vtri
usq̃ȝ nature angelum eum confortasse: ⁊ ange
lum ei ministrasse describitur. Jesus xp̃s ſm
humanaȝ naturam ⁊ passibilitatis statum fuit
paulo minus ab angelis minoratus: vt d̃clarat
magister in primo sniaꝝ di. 16. Vnde q̃ȝtũ ad
hoc angelico videbatur indigere p̃sidio. An/
gelicam custodiam deus fecit ad anime digni/
tatem ſm Hieronymuȝ super Math. 18. c. q
dicit. Magna q̃ppe est dignitas aiarum: vt
vnaqueq̃ȝ ab ortu natiuitatis sue habeat ange/
lum ad sui custodiã deputatũ. Aia aũt xp̃i cum
sit nobilissima: non dȝ tanta dignitate priuari.
Que tamen omnia: ⁊ si videntur concludẽ ve
ritatem: tamen falsa sunt: q꞉ non habuit xp̃us
angelum ad sui custodiam deputatum ſm do/
ctores in. 2. di. xi. vbi ar. I. q. 3. beatus Boñ.
rõem assignat. Quia nec demões euȝ poterãt
opprimere per violentiam corporis diuinitati
vniti: nec poterant allicere affectum per blandi
tias: plenitudine gratie confirmatum. Ideo
xp̃s non indigebat angelo bono: nec q̃ȝtuȝ ad
defensionem corporis: nec q̃ȝtum ad eruditio/
nem ratõis: nec q̃ȝtum ad excitatõem affectio/
nis. Non solum autem xp̃s non indigebat: sȝ
nec ei ẽt competebat. Custodia. n. in custodiẽ/
te respectu custodiri dicit presidentiam quãdaȝ
Et q꞉ angeli xp̃o domino subiiciebãtur: iõ nul
lum officiũ p̃sidentie ipsius iesu xp̃i eis admit
ti debebat. Quicq̃d aũt de scripturis allegatuȝ
ẽ: de angelis administrãtibus ⁊ custodientib⁹
⁊ seruiẽtibus ipsi xp̃o: nõ de presidentibus ẽ i
telligendum. Nũq̃ȝ. n. ita minoratus est xp̃us
ab angelis: vt aliquis angelus auderet ei presi
dere: cũ ita bene sit adorandus xp̃s in cruce ⁊ ĩ
sua ĩfirmitate sicut ⁊ in sua v̓tute. Cum v̓o di
cebatur q̃ angelica custodia fuit ad homis di/
gnitateȝ: dicendũ q̃ custodiri ab angelis ita di
cit, dignitatem in aĩa respectu aliaꝝ creaturarũ
que non cõmittũtur angelice custodie: vt tamẽ
dicat imperfectõem respectu beatoꝝ: qui aliẽa
custodia nũq̃ȝ egent. Et anima xp̃i ab instanti
sue conceptionis erat p̃fecte beata q̃ angelum
custodientem non debebat habere: sed bene mi
nistrantem. Quod non in vno tm̃ sed in pluri
bus locis manifestuȝ est sicut pȝ Math. 4. ubi
dicitur q̃ ministrabant ei angeli. In obsequiũ
ergo xp̃i angelus apparuit in somnis ioseph.
Sed adbuc v̓satur in dubiuȝ animus. Q꞉ ap
paruit angelus zacharie: apparuit v̓gini glori
ose: apparuit pastoribus dum vigilarent. Cur

ioseph apparuit in somnis. Ad hoc respondet
Crisostomus in omelia dicens. Nõ apparuit
manifeste sicut pastorib⁹: q꞉ valde fidelis erat.
Pastores indigebãt q̃si rudes. Virgo ĩdigu
it quasi ab angelis instruẽda. Sil'r zachari/
as indiguit ante cõceptõem prolis miraculi vi
sione. Hec ille. De hoc Remigi⁹ assignat rõ
nem moralẽ: ⁊ dicit. Per hoc q̃ angelus ap/
paruisse in sõnis dr̃ mystice designat: quia il/
li qui a curis terrenis ⁊ secularibus negociĳs re
quiescũt: p̃frui angelica visione merentur. hec
ille. In hac appitõe notanda sũt v̓ba angeli q̃
dicit. Surge ⁊ accipe pueꝝ ⁊ matrẽ eius: ⁊ fu
ge in egyptũ. Quia vt dicit Crisostom⁹ super
Math. nõ ꝓpter matrẽ puer natus ẽ: sed pro/
pter puerũ mater sep̃ata ẽ. Et ſm Hilariũ: cũ
euangelista desponsatã eã vocauit iusto coniu
ge nũcupauit: sed post partũ mater iesu oñdit:
vt queẽadmodũ deputaretur Marie in v̓gini/
tate coniugiũ: ita venerabilis ostenderet̃ ei⁹ in
iesu matre v̓ginitas. Ad secũduȝ dubium re
spondet Augustinus in questionibus noui ⁊
veteris testamenti. vbi ait. Q ia ꝓprĳs locis ⁊
t̃pibus gessit saluator. Cum ergo xp̃s mori dis
poneret pro hominibus: differre voluit vsque
ad trigesimũtertiũ annum etatis sue: tũ vt illo
t̃pe itermedio v̓bo pariter ⁊ exemplo instruẽt:
tum vt v̓itatem vtriusq̃ȝ nature ĩsinuaret oib⁹
tum vt dilectionem suam ardenter ostenderet:
q꞉ vitam suam pro nobis dedit: q̃n erat in p̃/
fectissimo statu. Ad tertiũ dubiũ rñdet euãge
lista cum dicit: q̃ in egipto xp̃s mansit vt iple/
retur quod dcm̃ est per ꝓphetaȝ. Ex egipto vo
caui filiũ meum. Aug. in quodam sermone de
epiphania dicit. Moyses aliquando in egypto
clauserat diẽ: illuc xp̃s adueniens sedentib⁹ in
tenebris reddidit clarissimam lucẽ. Q̃d vtiq̃ȝ
verum esse ostendit magister in hystoria sco/
lastica. Nocte enim illa xp̃s cuȝ matre intrauit
egyptum: qua precepto suo exiuerant filii israel
vt sicut nõ fuit domus in qua primogenit⁹ nõ
iaceret mortu⁹ angelo p̃cutiẽte: sic ipso ingredi
ente nõ fuit templũ in quo idolum nõ corruerit
Quod Esaias predixerat. 19. c. Ecce domin⁹
ascẽdet super nubem leuem: ⁊ igredietur egy/
ptum ⁊ mouebũtur simulacra egypti a facie ei⁹
Hãc ꝓuinciã cõmẽdat hysidorus quartodeci
mo ethimologiarũ dicens: eam esse que prius
aerea dicebat̃. deinde egypt⁹ vocata ab egyp/
to Danai fratre ibi regnãte. Hec ab oriẽte fi/
ne fine ⁊ rubro mari coniuncta ab occasu. Li/
biam habet

bram habet: a septētrione mare magnuz: regio
celi imbribus isueta: ⁊ pluuiarum ignara. Nilus
solus circūfluens eā irrigat: ⁊ inundatione sua
secundat: vnde multarum terrarū partē frumento
alit. Ceterorūz quoqꝫ negociorum adeo copiosa:
vt impleat mercibus suis orbē terraruz. Hanc
christus sibi elegit forte etiaz vt ibi se esse mon/
straret futurum. In egypto enim plus religio vi/
guit q̄ꝫ alibi. Si quis nunc ad egypti veniat so/
litudines: paradiso omni illā videret heremuz
digniorem. Et sic egyptus anachoritis: veluti
astris celuz fuit adornata. Hec ille. Multa de/
claramus de christi fuga in egyptum. Sed pia
mens nostra debet cōsiderare q̄ꝫ dolenter audi
uit mater Joseph sibi dicentē. O virgo dulcis/
sima fugiamus repente: q2 Herodes filiū tuū
perdere querit. O quātus timor virgineā men
tez inuasit: quātusue dolor cor benignissimum
penetrauit. Puto enim q sine mora filiū i bra
chijs suscipiens lachrymantibus oculis cū Jo
seph sene puella cū paruulo desertū iter arripue
runt. Cōtemplare nūc anima mea quot noctes
duxerunt insomnes: quot vicibus sitis estuaue
runt ardore: quotiens ⁊ absqꝫ cibo nocte inui/
gilauerunt in heremo. Compatere nūc anima
dura creatori tuo pro te peregrinanti. Cōpate
re ⁊ Joseph qui sollicitus erat ad inquirenduz
per heremū: vt matris ⁊ filij necessitatibus oc/
curreret pro viribus: ⁊ nō valebat. Compatere
ergo virgini sacratissime que nunc terret: nunc
pauet: nunc filiū inter vbera stringit: nunc faciē
eius lachrymis rigat: nunc adorat: nunc etiam
eius deflet penalitates. O impossibile esset ex/
cogitare: q̄ supra hoc mysterio facta sunt: ⁊ mul
ta alia que fiebant. Profecto si excogitarentur
vix oculi a lachrymis cōtineri valerent.

Qd maxima ⁊ crudelis fuit nequitia Hero
dis cōtra xp̄m. Cap. .2.

S Ecundū mysteriū cōtemplandū dicit
Herodis astuta nequitia ex puerorū
necatione. De quo hodie tria consi/
deranda sunt.
Primū dicit differentia.
Secundū dicit sufferentia.
Tertiū dicitur malicia.

Primum cōsiderandū dicit differētia. Se/
cundum enim historiarum doctrinam tres fue/
runt Herodes.

Primus dictus Herodes Ascalonita: sub
quo dominus natus: ⁊ a quo pueri occisi sunt.

Secundus dictus est Herodes Antipas
qui Joānem decollauit.

Tertius dictus est Herodes agrippa: qui
Jacobum occidit: ⁊ Petrum incarcerauit.

Secundū cōsiderandū ditur sufferētia. Nō
enim Herodes eoipso quo delusus est a ma/
gis p ueros occidi mandauit: sed post aliquod
tempus. Quia vt dicit Nicolaus de lira: cū vel
let omnes pueros de Bethleem interficere: ne
puer sibi incognitus euaderet: impeditus ē ab
execucione huius facti: eo q a Cesare Augu/
sto per epistolaz est citatus romā filiorum accusa/
tionibus responsurus. Eundo autē Romā et
remanendo in curia: ⁊ reuertendo ad iudeā ap
posuit annū ⁊ plus. Et ideo post fere duos an/
nos ad regnū suum reuersus: ⁊ in regno cōfir
matus est: quādo sententiaz pro se contra filios
habuit. Et tunc pfecit necem puerorum prius in
mente conceptā. Tertiū cōsideranduz dicitur
malitia. Quisnam explicet quāto dolo anim9
Herodis fuerit repletus: qui vt christuz perde
ret: nō soluz ipsum sed omnes pueros qui erāt
in Bethleem: ⁊ in omnibus finibus eius a bi
matu ⁊ infra. i. ab infantib9 duorum ānorum vsqꝫ ad
pueros quinqꝫ annoruz mandauit occidi. Cui
assertioni vere fidē facit: q quedā ossa Innocē
tum adeo grandia sunt: q puerorum duos ānos
habentiū esse nō possunt: nisi dixerimus corpo
ra tūc maioris quātitatis fuisse. Quare autem
Herodes ita mandauit: cū christus esset duorum
annorum: ⁊ nō vnius anni tantuz: ⁊ vnius men/
sis: nec vnius diei: cuius etatis pueri interfecti
sunt secundū primā opinionez: nec trium anno
rum secunduz opinionē secundā. Respondet
Augustinus in sermone de innocentib9: q2 ti/
mebat ne puero cui sidera famulabantur paulo
supra etatez vel infra species mutata esset: ⁊ sic
tempus occultaret. Ideo videt pueros a bima
tu vsqꝫ ad pueros vnius diei interfecisse. Tunc
adimpletuz est qd dictuz est p Hieremiā pphe
tam. Vox in rama audita est: ploratus ⁊ vlulа
tus multus. Rachel plorans filios suos. Vbi
Hierony. ait. Quādo dicit in rama: nō pute/
mus nomē loci esse: q est iuxta Gabaa: sed ra/
ma excelsum interpretat: vt sit sensus. Vox i
rama audita est: idest longe lateqꝫ dispsa. Cui
dicto cōcordat dictuz Crisostomi sup Matheū
q ploratus fletus paruulorum ostendit: vlulat9
autem matruz significat lamentuz. Et qd dicit
in euangelio. Rachel plorans filios suos: secū
dum q dicit Nico. de lira interpretat metapho
rice: quasi merens sit Bethleez ratione sue se/

pulture: qz ibi in sepulchro est: vt habet Gen. 35. Et hoc dicit Hieronymus sup Matheum Ubi ait. Querit quomodo Rachel filios al terius tribus idest bethleem quasi suos ploret. Respondebimus breuiter: qz sepulta sit iuxta be thleem in effrata et materni corpusculi hospitiuz nomen matris accepit. Siue quoniaz Juda et Beniamin due tribus iuncte erant: et Herodes preceperat nõ solum in Bethleem interfici pue ros: sed in omnibus finibus eius. Unde per occasionẽ Bethleem intelligimus, multos etiã de Beniamin fuisse occisos. Hec Hieronym. O quale edictum irrationabile et crudele. o q̃z lugubris et flebilis executio. O q̃z iniusta et ini qua occisio. Rapiebant paruuli quidã a pecto ribus matrũ: quidã in cunis iacentes: quidam blande parentibus alludentes: quidã vrbane in domibus perambulantes: et sine vlla pietate vel proijciebant ad muros: vel gladio: vel strictis in gutture manibus suffocabant. Vidisses tunc in terra iacere cadauera puerorum. Vidisses tũc terraz coopertã et madefactã sanguine puerorum paruulorum innocentiuz. Vidisses matres i qua libet domo sparsis crinibus propter taz horren dum flagitiũ singultibus lachrymis et vlulati bus acclamantes. O quãta compassio animuz audientiũ mouere debet in spectaculum adeo fu nestum et lugubre: et cetera.

Quod inocẽtes merito passionis christi sũt remunerati. Capitulum. 3.

Tertiũ mysteriũ contemplanduz dicit occisorũ remuneratio. De pmio aũt istoruz sanctoruz apud nõnullos exti terunt varie sententie: quas omnes ad tres sen tentias reducemus.

Prima dicit sententia falsa.

Secunda dicitur sententia debilis.

Tertia dicitur sententia vera.

Prima sententia falsa est eorum qui dicunt paruulos hos occisos nihil meruisse: eo q̃ i eis nondũ erat expeditus rationis vsus: nec volun tarie pro christo patiebant. Cõtra quos est au ctoritas ecclesie vniuersalis: que hos colit pro sanctis: et in sanctorum numero cõfitetur. Unde Augustinus in sermone innocentum. Hodie fratres charissimi natale illorum infantiũ colimus: quos ab Herode crudelissimo rege ifersectos esse euãgelij textus eloquit. Et ideo cũ summa exultatione gaudeat terra nostra: celestiũ militũ et tantarum parens secunda virtutũ. Ecce pphanus hostis nunq̃z beatis paruulis tantũ pdesse potuisset obsequio quantũ profuit odio. Nam sicut presentis diei festa manifestant: quantum cõtra beatos paruulos iniquitas abundauit: tã tuz in eis gratia diuine benedictionis effulsit. Hec Augustinus: qui in hoc etiaz sermone mul ta prosequit de gloria istorum sanctorum. Ideo isto rum falsa est opinio. Secũda sentẽtia est de bilis. Nã vt inquit Tho. 2. 2. q. 124. fuerunt q dam qui dixerunt q̃ in innocentibus accelera tus est vsus miraculose liberi arbitrij: ita q̃ vo luntarie etiaz passi sunt. Qd dictũ nullibi repe ritur autenticuz: ideo vbilibet tanq̃z debile ac ceptatur: quia vt inquit Hieronymus ad pauli num. Quod de scripturis auctoritatez nõ ha bet: eadem facultate cõtemnit qua pbat. Ter tia sententia est vera. De qua loquit scũs Tho. vbi supra: q̃ martyrij gloriã: quã in alijs pro pria voluntas meret: illi paruuli occisi dei gra tia sunt assecuti. Nam effusio sanguinis ppter christuz vicez gerit baptismi. Unde sicut i pue ris baptizatis per gratiã baptismalez meritum christi operat ad gloriaz: sic in istis operatuz est ad palmam martyrij obtinendã. Et hoc est qd dicit Augustinus in quodã sermone de epipha nia quasi alloquens ad innocentes sic inquiẽs Ille de vestra corona dubitabit in passione p christo: qui etiaz paruulis baptismũ pdesse nõ estimat. Nõ habebatis etatez in qua passurum christũ crederetis: sed habebatis carnez in qua pro christo passuro passionez sustineretis. h ille Cum itaq̃ viderimus hos paruulos felicissimos celicolas esse factos: qui propter christum passi sunt: eos veneremur: vt etiaz pro domino iesu christo simul cũ eis pati nõ timeamus: qui pfe cto laborantes exaltat in fine: et beatos facit in glorioso regno celorum: in quo viuit et regnat i se cula seculorum. Amen.

In sancto Siluestro. Sermo de dignitate sacerdotali.

Fructus. 27. Jesus sacerdotes approbans.

eū estimaret. Sed cū mortē didicissz. O scissi/
ma aia quod gerebat in vita in morte mōstrasti
Sicqz adiutorio duoꝝ leonū supuenētium ipz
tradidit sepulture. Tertiū exemplū ē de san/
cto Germano: de quo dicit Grego. 2. dialo/
gorū. q̄ scūs benedictus longe a capuana ci/
uitate positus ipius aiam in globo igneo ad ce
lū ferri ab angelis asperit. Quartū exempluz
ē de btō francisco: de quo refert dñs Boñ. i le
genda maiori: q̄ illa hora qua obdormiuit vn⁹
ex fratribus vidit ipsius aiam sub specie stelle
p̄fulgide in celum recto tramite sursum ferri.
Minister quoqz fratrū terre laboris: q tūc erat
frater Aug. vir vtiqz sanctus ꝛ iust⁹ in hora ul
tima positus: cū iāpridē amisisset loquelā: audi
entibus qui astabāt subito clamauit ꝛ dixit. Ex
pecta me pater: expecta me pater. Jam venio te
cū. Querentib⁹ aūt frībus ꝛ admirantibus cur
sic loqueret᷑ respondit. Nōne videtis patrē no
strū Franciscū qui vadit ad celū. Et statim san
cta illa aia migrans a carne patrē ē secuta scissi
mū. Episcopus isuper assisia⁹ ad oratoriuz san
cti michaelis in monte gargano tūc tpis pegri
natōis cā perrexerat. Cui btūs franciscus i no
cte transitus sui appens dixit. Ecce relinquo mū
dum: ꝛ vado ad celū. Mane igitur surgēs epi
scopus sociis narrauit que viderat. Et assisiuz
rediens cum solicite requisisset certitudinaliter
recognouit: q̄ ea hora qua sibi per visionem in

notuit

noluit: beatus pater ex hoc mũdo migrauit.
Quintum exemplum ẽ de beato Martino.
De quo refert beatus Seuerus in ſuo dialogo
ꝙ beatus Seuerus epiſcopus coloniẽſis dum
die dominica cũ ſuiſ clericis poſt matutinũ loca
ſcã viſitaret: illa hora qua vir beatus obijt audi
uit chorũ canẽtium in ſublimi. Dixit itaqꝫ ſuiſ
Dñs meus Martinus epũs migrauit ex hoc
mũdo: ⁊ nunc angeli canẽdo deferũt eũ in celũ.
Eodem, quoqꝫ tpe mediolani Ambroſius eps
erat. Cum aũt celebraret dñica die erat conſue/
tudo vt veniens lector nihil legere pſumeret p
uſqꝫ ſanctꝰ pr̃ nutu iuſſiſſet. Fcm̃ eſt autẽ vt illa
die dñica nullus extaret q lectionem bti pauli
legeret qua beatus antiſtes ſuper ſcm̃ altar̃ ob/
dormiuit. Quem cũ nullus excitare pſumeret
tranſacto longo ſpacio excitauerũt eũ dicentes.
Jam hora pterijt. Reſpondit btũs Ambroſiꝰ
Nolite turbari. Multũ mihi valet ſic obdor/
miſſe. Qr tale miraculũ dominus dignatus ẽ
oſtendere. Nam noueritis frẽm meũ Marti/
num ſacerdotẽ egreſſum fuiſſe de corpore: me
aũt eius funeri obſequiũ pſtitiſſe. Tũc illi ſtupe
facti diem ⁊ tps notant: atqꝫ repiunt ſicut dixe
rat illis Ambroſius. Sextum exemplum eſt
ſcõrum geruaſij ⁊ prothaſij martyrũ quoꝝ cor
pora inuenit btũs Ambroſius ãno ſcdo Theo
doſij mediolani. Nam ſibi apparuerũt ⁊ ẽt cũ
eis apparuit paulus: ⁊ declarauerũt locũ i quo
ſua corpora erant recondita. Que magna dno
tõe Ambroſius ad baſilicam fauſte repoſuit.
Septimũ exemplũ ẽ de inuentõe corpis ſan
cti Stephani: quod repertum fuit hieroſolymiſ
appente Gamaliele pſbytero cuidam luciano.
Et ne per ſingulos ire neceſſe ſit: mlta viſa ſũt
ẽt poſt mortẽ de ſtatu defunctoꝝ in qbus aiarũ
imortalitas aptiſſime demonſtratur. Scdm
exemplum dicitur exauditõis. Si. n. aie ſancto
rum nõ viuerent in regno dei qũo poſſent ho/
mines mũdi in ſuis petitõnibus exaudiri. Qd
aũt exaudiãtur pꝫ de illis qui ſe Vgini glorioſe
Chaterine. Antonio alijſqꝫ ſcis cõmẽdãt: quo
rũ ſuffragijs a multis picalis ⁊ aduerſitatibꝰ li/
berãtur. In tẽpeſtate maris naufragiũ patien/
tibus: in egritudine varijſqꝫ anguſtijs laborã/
tibus quotiẽs ſubuenit Vgo btã. Quid igitur
referes tu o fili perditõis. Eſt ne mortua virgi
nis anima. Eſt ne mortua anima beati antonij
Nunquid mortua ẽ anima beate vrſule aliorũ
qꝫ ſanctoꝝ. Abſit tã impiũ errorẽ cogitare. O
pater franciſce qũo aiam tuã dicere poſſumus
mortuã qui poſt mortẽ tuã tãtis exhibuiſti ſubſi
dia charitatiſ. Narrat dñs Bon. hoc miraculũ
in legenda maiori beati Franciſci: ꝙ in parti/
bus cathalonie accidit virum quendam nomi
ne Joannem beato Franciſco deuotum quo/
dam ſero per quandam viam incedere in qua
pro inferenda morte inſidie latitabant non qui
dem ipſi ſed cuidam alteri. Exurgens autem
quidam de inſidijs cum hoſtẽ ſuũ eum eẽ pu
taret: tam letaliter eum plagis pluribus gladia
uit: vt nulla prſus ſubeſſet ſpes recuperãde ſa/
lutis. Cũ igitur iudicio medicorũ ipſius de/
ſperata eſſet curatio conuertit ſe ad beati Fran
ciſci patrociniũ ⁊ quãta poterat deuotione ſalu/
tem poſtulabat. Cui nocte aſtitit quidã in ha/
bitu fratris minoris per feneſtrã ingreſſus: qui
vocãs eum dixit. Quia fiduciam habuiſti i me
ecce dominus liberabit te. A quo cũ eger ing
reret quis eẽt. Franciſcum ſe eẽ reſpondit. Et
ſtatim appropinquãs vulnerũ ſuorum ligatu/
rã reſoluit. Et cũ vnguẽto per omnes plagaſ
vt videbatur perunxit. Statiqꝫ ſenſit ſe priſti/
ne reſtitutum ſanitati. Quo facto beatus fran/
ciſcus receſſit. At ille vxorẽ letus vocauit: que
celeriter currens: ⁊ ſtare iam videns quem ſe
peliendum putabat in craſtinum viciniam totã
clamare compleuit. Accurrentes autem ſui cũ
niterentur illum tanquã freneticum in lectum
reponere: ⁊ ille renuens oſtenderet ⁊ aſſereret
ſe ſanatum: tanto ſunt ſtupore attoniti: vt quaſi
ſine mente omnes ſint effecti: ⁊ ipſum fantaſti
cum eſſe crederent: qr quem pauloante conſpe
xerant plagis atrociſſimis laniatum: plena vi
debant incolumitate iocundum. Quibus ille q
factus fuerat ſanus ait. Nolite timere: quia ſã
ctus franciſcus modo a loco iſto receſſit. Et il/
larum ſacrarum manuum tactu me integre li/
berauit. Inquit poſt hec dominus Boñ. Di
gne quidem beatus pater carne iam mortuus
⁊ viuens cum chriſto preſentie ſue oſtenſione
mirabili: ⁊ manuum ſacrarum palpatione ſua
ui: vulnerato letaliter viro ſanitatem conceſſit:
cum illius in ſe ſtigmata tulerit qui miſericordi
ter moriens ⁊ mirabiliter reſurgens: vulnera
tum genus humanum ⁊ ſemiuiuum relictum
plagarum ſuarum virtute ſanauit. Tertiũ
exemplum dicitur defenſionis ſanctorũ quip/
pe patrocinia quibus ſepius populi ſubſidium
defenſionis obtinuerunt: aiam oſtendunt im
mortalem. Scribitur nanqꝫ in. 2. Machab. c.
15. qualiter cum iudas Machabeus cogeretur

bellum cõmittere contra Nichanorem q hirlm ⁊ templum dissipare volebat: essetqȝ Judas in locis samarie cum paucis q timebant ꝓpt paucitatẽ suam: hortatus ẽ eos Judas: exposito sonio quod in eadem nocte viderat in hũc modũ Viderat. n. sũmuȝ sacerdotẽ defunctũ iam manus protendẽtem orare ꝓ populo iudeoruȝ: p⁹ hũc apparuisse Hieremiã ꝓpham dedisseque ipsi Jude gladiũ aureũ ⁊ dicentẽ. Accipe gladiũ scm̃: in quo concidas aduersarios ppl'i mei israel. Qua visione confortati qui erãt cum iuda impetũ fecerũt in hostes: ⁊ ꝓstrauerũt ex eis non minus q̃ȝ. 40. milia. Nichanore cum eis interempto: ⁊ redierunt hierosolymã benedicẽtes deũ: caput Nichanoris ⁊ manũ cum hũero abscissam circa templũ suspendẽtes. Nõne sanctus Mercurius Julianũ apostatam interfecit Nam cum ip̃e contra persas iccederet mãu forti: in nocte vidit Basilius in ecclesia scẽ Marie in visu multitudinẽ angelorum: ⁊ in medio quandã feminã in throno stantem ⁊ astantibus dicentem. Vocate mihi cito Mercurium q iulianũ apostatam occidat: qui me ⁊ filium meum sup̱be blasphemat. Erat aũt mercurius quidaȝ miles qui ab ip̃o iuliano ꝓ fide xp̃i fuerat interfectus: ⁊ in eadem ecclesia erat sepultus. Statiqȝ scũs Mercurius cũ armis suis q̃ ibi seruabãtur affuit: ⁊ iussus ab ea in preliuȝ ꝓpauit: ⁊ monumẽtum suum ap̱uit. Exp̱gefactus autẽ basilius ad locum vbi scũs Mercurius cuȝ armis suis q̱escebat iuit: ⁊ monumẽtũ suũ ap̱iens nec corpus ibi nec arma inuenit: sequenti mane ibidem rediens inuenit corpus eius ⁊ arma ⁊ lanceã sanguine cruentatã. Et ecce quidã de exercitu dixit. Cũ iulianus imp̱ator in exercitu moraretur affuit miles q̱dam ignotus: q vrgẽs calcaribus equũ audaci mente iulianũ impetiit: lanceã fortiter vibrãs ⁊ ip̃m p̱ medium perforauit. Et subito abscedens nusq̃ȝ comparuit: ipse v̾o Julianus dum adhuc spiraret: vt dicit̃ i historia tripartita: sanguine suo manũ ipleuit: ⁊ in aere ꝓiecit dicẽs. Vicisti me galilee vicisti: Sicqȝ in his vocibus expirauit. Et ab oib⁹ suis insepultus relictus fuit. Ecce quot nobis offeruntur exempla vt aiam imortalem sciamus. O dura corda quid facitis. Cur anime saluteȝ negligitis. Audite xp̃m dicentem Math. 16. Quid ꝓdest homini si vniuersum mũdum lucretur: anime vero sue detrimentum patiatur. aut quam dabit homo cõmutatõem pro anima sua. Queramus igitur illaȝ saluare: vt viuat cũ xp̃o hic per gratiam: ⁊ in futuro per gloriam. Amen. Laus deo.

g

Loriosissimo principi ⁊ domino domino Nicolao Marcello serẽissimo Venetiarum duci Dominicus Bollan⁹ artium ⁊ philosophie doctor debita reuerentia erga sublimitatẽ suam p̃missa plurimũ se commendat. Cum ex florentissimo gymnasio paduano ad patriã reuersus essem: tm̃qȝ ocij mihi daretur: quale nunq̃ȝ simile per totum tp̃us elapsum vite mee mihi datum fuit: cogitaui nolle vitaȝ meam sub silentio p̱transire: imo aliq̄d opus laude dignũ decreui efficere: quo mediãte vita nostra illustraretur. nã vita qua fruimur breuis est. Et nisi homo duȝ viuit aliquod laude dignum efficiat: veluti belua vitã suam ducit: atqȝ eandem terminat. Cum autem multa ipse mecum animo voluerem decreui illaȝ iam diu inter sic clarissimos theologos agitatã cõtrouersiam de conceptione gloriosissime virginis Marie contexere. Opus autem ad finem p̱optatum duxi: in quo q̃ȝtum potuimus imitati sumus p̃rem nr̃m Aurelium augustinum ⁊ theologie principem atqȝ monarchã. Scotum a cuius fonte vberrimo multa preclara sumpsimus: v̾issimisqȝ rõnibus atqȝ excellentissimis sanctorum auctoritatibus v̾ginẽ gloriosissimã in conceptione scãm: nec vnq̃ȝ a macula peccati originalis fuisse deturpatã demonstrauimus Cum v̾o intellexissem serenitatem tuã: gloriosissimã dei m̃rem Mariã sũmo quodã honore ⁊ reuerentia venerari: volui op⁹ hoc tuo glorioso nomini dedicare. Suscipe ergo diue pricepſ libenti animo opus manuũ nr̃arum: ip̃m lege ac p̱lege: qm̃ tua excellentia multa preclara ac laude digna in op̱e isto iueniet. Et hoc non tm̃ meũ v̾eꝝ ẽt oium alioꝝ q ab oi cura ⁊ odio vacui sũt erit tale iudiciũ. Nihil aliud mihi deniqȝ restat nisi pijs p̃cib⁹ orare dñm deũ nr̃m: vt ꝓ bono stat⁹ ⁊ reipublice Venete tã mortali vita serenitatẽ ⁊ excellẽtiã tuã diu feliciťqȝ conseruet qm̃ vt iq̱t p̱ipateticoꝝ p̃nceps Ari. 3. politicoꝝ meli⁹ ẽ ciuitatẽ r̃gi a p̃ncipe optio q̃ȝ optia lege

Dñici Bollani artiũ ⁊ phie doctoris filij magnifici domini Cãdiani in q̃oem de cõceptione gloriosissime v̾ginis Marie ꝓhemium.

n

On paruo dolor animi afficior cũ audio quosdam magistrali insula decoratos viros pertinaciter affirmare

mare

mare gloriosissimā intemeratāq3 virginē Ma
riā ab eterno iesu christi matrē electā a macula
peccati originalis fuisse deturpatā atq3 in ea cō
ceptam. Nā cū sacrosancta mater ecclesia tanta
taliaq3 de gloriosissima virgine Maria canat
atq3 affirmet: que nulli vnq3 alteri creature pu/
re concessa videnť: profecto possent in beatā vir
ginē modestius loqui: ⁊ ita pleno ore qđ affir
mant: affirmare nō deberent. Si. n. Augusti.
totius fidei nostre lumen ac sidus clarissimū:
cui datū est de summa ⁊ incōprehensibili trini/
tate dei loqui atq3 determinare: propter hono/
rē dominicū de peccatis ab illo agiť nullā de
beata ꝟgine voluit facere questionē: ꝓfecto hi
maximo errore ducuntur: affirmātes ꝟginē in
peccato originali fuisse cōceptā. Quoniā si ita
in scripturis sacris expresse determinatū esset
sicuti hi viri affirmant: nōne sancta mater eccle
sia cui datū est errores remouere: ⁊ ea q̄ nostre
fidei cōsona sunt ponere: eā in peccato origina
li conceptā affirmasset atq3 p̄dicasset. Si ergo
ecclesia sancta dei hoc affirmare nō decreuit q̄
tanta ac talia de ꝟgine locuta ē: cur ergo hi nul
la euidēti ratione coacti neq3 ab ecclesia astricti:
hoc tā impie affirmare audent. Huius rei cāā
aliā reperire nequeo: nisi ꝙ assidua eoꝝ de hac
re cogitatio in pessimū vsum cōuersa est. īpossi
bile potiusq3 esset opinionē hanc a veritate alie
nā ex cordibꝰ illoꝝ euellere q̄3 iudeoꝝ ꝑfidiā
de illoꝝ cordibus eradicare. Aggrediamur sa
cre theologie fontes vberrimos: ⁊ videamꝰ qđ
de cōceptione gloriosissime ꝟginis affirmatur
ac in scripturis sacris legiť. Dicat nunc nobis
sapientia Salomonis: qđ de tali cōceptione sen
tiat loquens in ꝑsona Marie. Dominꝰ posse/
dit me ab initio viaꝝ suaꝝ anteq̄3 quicq̄3 fieret
a principio creationis. s. mundi: quādo dictū ē
In principio creauit deus celū ⁊ terram. Ab
eterno ordinata sum: vt essem. s. iesu xp̄i mater
Ex antiquis. s. eternitatis: āteq̄3 terra fieret. i.
ante omnē corporalē cōditā creaturā. Nōdū
erāt abyssi. i. nōdū erāt āgelice nature: q̄ abyssi
nuncupari possunt: ad ostendendū eaꝝ substā/
tiaꝝ excellentiā. Et ego Maria cōcepta erā in
mēte. s. opificis ⁊ creatoris mei. Nōdū fontes
aquaꝝ eruperant: nondū sanctoꝝ p̄dicationes
eruperāt: qui sācti tāq̄3 fontes vberi nūcupanť
de q̄bus dixit ecclesia. In omnē terrā exiuit so
nus eoꝝ: ⁊ in fines orbis terre ꝟba eoꝝ. Nec
dum montes graui mole. i. martyres q̄ sua sta/
bilitate ⁊ aspersione sui sanguinis ecclesiā dei
anxerunt: ⁊ in quadā stabilitate illā posuerūt: cō
stiterant. Et ego maria cōcepta erā. Ante oēs
colles ego. s. maria parturiebar. i. ante oēs crea
turaꝝ naturas atq3 essentias q̄ possunt appella
ri colles: q2 sicut vnus collis alium excedit ꝭm
apicē ⁊ summitatē suā: sic in ordine eminentie
creaturaꝝ essentia vnius ꝭm ꝑfectionē essentia
lē aliā excedit. Si ergo ecclesia sancta dei id qđ
de sapientia vnigeniti filij dei diciť: de glorio/
sissima ꝟgine affirmare decreuit: eiusq3 conce
ptio sancta in mente opificis ab eterno ordina/
ta est ante cuiuscūq3 alterius creature cōceptio/
nē atq3 creationē: quoniā vt dicit Aug. ꝭmo/
ne. 43. ad heremitas. Maria mater eius. s. xp̄i
electa est: ⁊ sup oēs creaturas p̄electa: quomodo
audent hi viri affirmare peccatum ade potuisse
maculare animā ꝟginis ac dei matrē: si añ om
nē creaturā ꝟgo fuit cōcepta atq3 p̄electa sup
oēs creaturas in mente creatoris nr̄i. Hoc ꝓ/
fecto ab his dicēdū nō est cū Aug. fidei nostre
sidus clarissimū li. 14. de ciui. dei. ca. xi. dicat.
Homo. n. peccato suo nō potuit diuinū ꝑtur/
bare cōsiliū: quasi deū mutare cōpulerit qđ sta/
tuerat. hec ille. Quoniā siue adā peccasset siue
nō: cōsiliū dei in eternū manet. Dicāt etiā no
bis cātica canticoꝝ quid de cōceptione ꝟginis
sentiant: ⁊ de filio dei ad gloriosissimā ꝟginē
loquente qđ affirmant. Ecce iste. s. dei filiꝰ ve/
nit. s. in mundū: saliens in montibus ⁊ transi
liens omnes colles. i. excellens sup omnes san
ctos ⁊ angelorum choros. En ipse. s. dei filius
stat post parietē nostrū: scilicet quādo ꝟbū caro
factū est: ꝓspiciens per fenestras: sensuū. s. ex
teriorū: ⁊ per cancellos: sensuū. s. interiorum.
En dilectus meus. s. dei filius loquiť mihi: sci/
licet marie vt ipsum dei verbū fieret caro. d. ꝑ
Surge amica ⁊ nō inimica vt cetere mulieres.
Veni columba mea in qua nō est macula: aut
scl. Formosa mea. Iā hyems transijt ad de/
monstrandū marie irā dei in genus humanū
erga illā nō esse: nec ipsam sub tali hyeme posse
capi. Ideo imediate post inquit. Imber abijt
⁊ recessit: flores apparuerunt in terra nostra.
Surge. s. maria: ⁊ nulla macula est in te. Si er
go dei filius transiliuit omnes colles: oēs san/
ctos ⁊ angeloꝝ choros: nōne fuit maiori laude
gloriaq3 dignissimus humani generis redem/
ptor xp̄s q̄3 destructor humani generis adam
pater peccati: q̄ fuit de terra ꝟgine nullis vnq̄3
maculis deturpata. Quomodo ergo xp̄s redē
ptor noster potuisset esse deterior q̄3tū ad huius

secuŋ orīginē ipso adā. Nā vt etiā asserit Aure
lius augustinus codē sermone. 43. d. Sicut in
celo habuit patrē immortalē ꝛ eternū: sic ꝛ i ter
ra habuit matrez omni corruptione carentem.
Erubescant hi ꝛ amplius nō loquamur: qꝛ ma
rie dicit. Surge amica mea: speciosa mea: sur/
ge ꝛ nulla macula est in te. Amplius. Nōne fuit
potentia in patre eterno: vt verbū ac vnigenitū
filiuz suum quādo debebat fieri caro nobilioris
maiorisqꝫ dignitatis esset quātū ad originē ipso
Adā. Nōne fuit sapiētia in vnigenito filio dei:
cū amore spiritus sancti in venerāda xp̄i matre
Si ergo nō fuit omnipotentie defectus: neqꝫ sa
pientie error: neqꝫ amoris impedimētū: si xp̄s
potuit venerari matrē: qua veneratione ꝛ ipse
venerabatur: quia vt dicit Aug. eodē sermone
43. In celo qualis est pater talis est filius: sic ꝛ
in terra qualis est mater secunduz carnē talis ē
filius. s. christus: ꝑfecto potius hi silere debe/
rent: qꝫ velle talibus cōtumelijs gloriosissimaz
dei matrē afficere: de qua dixit ecclesia. Quibus
te laudibus efferā necio: qꝛ quē celi capere nō po/
terant tuo gremio ꝯtulisti. Et alibi dicit. Felix
es sacra Vgo maria: ꝛ omni laude dignissima:
ad demonstrandū ipsam nulla ignominia esse
afficiendā. Causa autē huius ē: qꝛ ex illa ortus
est sol iusticie christus deus noster. Et alibi dicit
ab ecclesia. Que est ista que ꝓgredit quasi au/
rora ꝯsurgēs pulchra vt luna: electa vt sol. Vn
de dictū est in psal. In sole posuit tabernaculuz
suū. Quod tabernaculuz fuit virgo. Et ipse. s.
xp̄s tāqꝫ sponsus ꝓcedens de thalamo suo. Di
cant nobis hi viri. Si deus ab eterno voluit eli
gere virginē: vt de hac nasceretur xp̄s humani
generis redemptor: quomō potuit eligere crea
turaz futurā deo inimicā ꝛ ire filiā: vt mediāte
filia ire genus humanū redimeret: ꝑsertim cuz
eā potuit mundā cōcipere: imundicia seminuz
parētū suoꝝ nō obstante: qꝛ ꝓpheta iob intuēs
eā creaturā: in qua verbuz ac dei filius debebat
fieri caro dixit. Quis pōt facere mundū. s. indi
uiduū aut suppositū de immūdo cōceptū semi/
ne. Nōne tu q solus es: ad demonstrandū om
nipotentiā dei erga creaturā: talē esse: vt nō ob
stante imundicia seminis parentū: ipsaz creatu/
raz mundā de imundo semine cōcipi posse. Et
ideo Anselmus doctor ille venerabilis recogno/
scens se alio quodā loco male affirmasse: virgi/
nez in peccato fuisse conceptā dixit. Decet Vgi
nem ea puritate nitere: qua sub celo maior neqt
intelligi. Profecto tāta puritate nō niteret Vgo
si in peccato originali fuisset cōcepta. Amplius.
Maria fuit plena grā anteqꝫ Gabriel angelus
missus fuisset ad eā: qꝛ inuenit eā plenā gratia:
cū dixit. Aue gratia plena: qli plenitudine gra/
tie nulla vnqꝫ creatura fuit plena. Quia vt re/
fert beatus Hieronymus ad paulā ꝛ eustochiuz
Et vere dicitur plena gratia: qꝛ ceteris sanctis ꝑ
partes datur gratia. Marie vero se infudit to/
tius gratie plenitudo. Et in eodē loco Paulo
post ait. Etsi in sanctis patribus ac ꝓphetis gra
tia fuisse credit: tamē nō eatenus plena. In ma/
teria vero totius gratie: que in christo est venit
plenitudo. Aug. sermone. 43. de natiuitate xp̄i
sic dicente. Maria mater xpi electa est: ꝛ super
omnes creaturas ꝑelecta: omnibus gratijs fecū/
data: omnibus Vtutibus ornata: omni sanctita
te in vtero matris repleta: vt de mūdissima ma/
tre mundissimus nasceret filius: qꝛ sicut i celo
habuit patrē immortalem: sic ꝛ in terra habuit
matrē omni corruptione carentē. Ergo hi pa/
ce sua dixerim: male affirmant Vginē in pecca
to fuisse cōceptā si totius gratie que in xp̄o est:
in mariaz plenitudo venit. Et ideo Hierony.
cōcludens tantā gratie plenitudinē marie a do
mino collatā dixit. Quā natura nō habuit. Nā
virgo secundū naturā ꝓut erat ad accipiendaz
maculaz peccati originalis: qꝛ ꝛ ipsa ꝑ cōcubitū
viri ꝛ mulieris originē habuit ab adā. Et ideo
tanta plenitudo gratie illi data est: nō ꝑ naturaz
quā habuit: sed per dei gratiā atqꝫ misericordiā
Et ideo dixit Hieronymus. Vsus nesciuit qꝛ
omnes maria excepta mundati fuere postqꝫ in
peccato ceciderunt. Ignorauit ratio. Naz per
rationē continue apud omnes argutū fuit om/
nes qui ab adā habent originē per cōcubitū vi/
ri ꝛ mulieris in peccato originali fuisse conce/
ptos secundū legem cōmunez. Hec ergo ratio
ignorauit gratiā a domino marie collatā: ita ac
taliter ꝙ mens humana nō capit: quia hoc exce/
dit omnē aciē intellectus humani. Immo pa/
uet celū vt dicit Hieronymus: stupet terra. Nā
vt dicit Bernardus exponens illa verba gra/
tia plena. In ore plena grā affabilitatis: in ma/
nibus plena gratia liberalitatis. Vere plena:
quia de plenitudine eius gratie capiunt vniuer
si: captiui redemptionē: tristes consolationem:
peccatores veniā: iusti gratiā: angeli leticiā: to/
ta deniqꝫ trinitas gloriā. Quod si ita est vt asse
rit iste sanctus ac dei vir: ꝑfecto ꝛ ipse alio quo
dam loco salua semꝑ reuerentia ꝛ sanctitate sua
male locutus est affirmando virginē a macula
peccati

peccati originalis fuisse deturpatã atq̃ in ea cõ
ceptaz. Neque in hoc aliquis mihi molestus sit
quia vnusquisq̃ magis tenet venerari dei ma/
trem: celorũ reginã: angelorũ dominã: q̃ do
ctrinaz beati Bernardi in hoc passu extollere:
quia cũ lumine illo totius ecclesie nostre Hie/
rony. sum qui affirmat totius gratie plenitudi/
nez que in xp̃o fuit in gloriosissima ac omni lau
de digna Maria venisse: q: cũ de peccatis agi/
mus: vt refert Aurelius augustinus nullaz de
beata virgine volumus facere questionẽ ꝓpter
honorẽ domini. Quia cũ q̄stio sit ꝓpositio du/
bitabilis: de beata virgine nulli dubiũ esse de/
bet ipsam in cõceptione sanctã: ac omni grã ple
naz fuisse conceptã. Concludamus ergo ꝛ dica
mus q̄ si tãta fuit plenitudo gratie in Maria:
qualis nec in Adã: nec in Eua fuit: qualis nec
in angelis: nec in archangelis: aut in principati
bus: qualis nec in potestatibus: ṽtutibus: aut
dominationibus: qualis nec in thronis: cheru/
binis: nec in seraphinis vnq̃ fuit: q: exaltata ẽ
sancta dei genitrix sup choros angeloꝝ ad cele/
stia regna: ecclesia sic affirmãte: q: totius gratie
plenitudo que in xp̃o fuit: marie data est. Hie/
ronymo testante: q: de plenitudine eius gratie
capiunt vniuersi Bernardo loquente: quia de
cet virginez tanta puritate nitere: qua sub celo
maior nequit intelligi Anselmo cõfitente: q: cũ
de peccatis agit ꝓpter honorez domini nulla ẽ
facienda lis aut q̄stio de maria. Augustino di/
cente: q: inter omnes mulieres: nemine exce/
pta fuit benedicta. Helisabet reuelante. Dica/
mus ergo ꝛ ex his cõcludamus: gloriosissimaz
virginez in cõceptione sanctã ac plenã grã fuis/
se: nec vnq̃ a macula peccati origialis fuisse de
turpataz. Quod cũ ita sit: sicut a nobis demon
stratũ est: ego qs a cunabulis ac teneris vngui
culis semp fui fuus gloriosissime ṽginis ma/
rie: futurusq̃ sum si deo placuerit vsq̃ ad vlti/
muz etatis nostre terminuz: decreui multa que
ex sacris theologie fontibus emanarunt: i cor/
pus vnum questionis cõtexere in hoc latino ac
claro sermone: ita q̄ mediante lumine gloriosis
sime virginis marie que tenebras intellect⁹ no
stri illuminare dignabitur dicemus tãta ac ta/
lia: q̄ si aduersarij veritatis in sua ptinacia per/
manere nollent: rationib⁹ verissimis ducti: cõ/
fitebuntur ꝛ ipsi gloriosissimã ṽginez in conce
ptione sanctaz: nec a macula peccati originalis
vnq̃ fuisse deturpatam.

Deo altissimo gratie infinite referantur.

# Queritur utrũ

gloriosissima virgo maria sit in
peccato originali ꝯcepta. Affir
matiue arguendo formabim⁹
quinq̃ articulos.

In primo ostẽdemus per rationes cõmunes
quibus ostenditur: omnes qui ex lumbis Ade
habuerũt originem contraxisse tale peccatum:
virginem etiã ipsam in tali peccato fuisse con/
ceptam.

In secundo articulo ostendemus p rationes
proprias specialiter de ṽgine loquẽtes ipsaz in
tali peccato fuisse cõceptam.

In tertio hoc qdẽ demonstrabimus ex priui
legijs soli xp̃o cõpetentibus.

In quarto adducemus auctoritates cõmu/
nes affirmantes omnem creaturã humanam
puraz post ade delictum in tali peccato fuisse cõ
ceptam.

In quinto ꝛ vltimo adducemus auctorita/
tes specifice de gloriosissima ṽgine affirman/
tes ipsam in tali peccato fuisse conceptam.

Argumenta quib⁹ ostenditur omnes qui ex
lumbis ade per concubituz viri ꝛ mulieris ha/
buerunt originem contraxisse peccatum ori/
ginale.

Ad ostendendum omnem humanam
creaturam nemine excepta in peccato
originali fuisse conceptam: accipien/
duz est illud Pauli apostoli dictum. Omnes
in adam peccauerunt tanq̃ scilicet in radice: er
go omnes qui ex lumbis eius per cõcubitum
viri ꝛ mulieris duxerunt originem: cõtraxerũt
tale peccatuz. Primo ergo ꝓbabimus ante
cedens huius cõsequentie: q̃uis sit formaliter
Pauli apostoli dictuz. Secundo ꝓbabimus
cõsequentiam. Data parte negatiua antece/
dentis: scilicet nõ omnes in adam peccauerũt:
duo sequerẽtur incõuenientia. Primm in/
conueniens. Fuisset aliqua creatura humana
que redemptiõe saluatoris nostri nõ indiguis/
set. Secũdum incõueniens. Preter christuz
redemptorem nostrum fuisset aliqua creatura
pura post lapsum ade: que in originali iusticia
fuisset concepta. Primum incõueniens sic
deducitur. Nam christus in euangelio dicit.
Non est opus valentibus medicus. Sed ma/
le habentibus. Si ergo virgo non peccasset
in Adam: neq̃ contraxisset peccatum per tes

ergo nõ indiguit redemptione. Probo conse
quentiam: qꝛ redemptio presupponit lapsum.
Confirmatur. Indigentia presupponit defec/
tuz. Si ergo in ꝟgine nullus fuit defectus: er
go nõ fuit in ea idigentia redemptõis. Confir
matur scdo: qꝛ vt dicit Paulus apl's: sicut vni
us ade pctm̃ regnauit in oẽs in cõdẽnatõez: sic
⁊ vnius xp̃i iusticia regnauit in oẽs in iustifica
tõem. Modo dato opposito prime ptis huius
auctoritatis: seqtur opposituꝫ scde ptis eiusdẽ: qꝛ
si vnius ade pctm̃ nõ regnauit in oẽs in cõdẽ/
natõem: ergo nec vnius xp̃i iusticia regnauit i
oẽs in iustificatõem. Secũduz incõueniens sic
deducitur. Priuatio originalis iusticie debite
in nobis oĩbus ẽ ꝓpter pctm̃ primoꝝ parentuz
in conceptione vniuscuiusqꝫ nostꝝ protractum
eo q̃ in oẽs illos peccauimus. Si ergo fuit ali/
qua creatura que in primis pentibus nõ pecca/
uit: ergo ab illa creatura nõ fuit remota in con/
ceptõe originali iusticia que ab alijs remouetur
ex iputatõe ⁊ cõtractõe pcti originalis. Confir/
matur. Qui nullo mõ peccat ab eo nõ remouet
id quod ab alijs remouetur ꝓpter pctm̃: p̃sertiz
cũm pctm̃ sit cã priuatiua illius. Si ergo virgo
nõ peccauit in radice: neqꝫ contraxit pctm̃ origi
nale: nec alio altero mõ vnq̃ꝫ peccauit: ergo ab
ista nõ remouet in conceptõe sua originalis iu/
sticia: que ab alijs ꝓpter pctm̃ remota fuit. Pz
ergo illud antecedẽs fuisse sufficienter ꝓbatum
p deductõem istoꝝ duoꝝ incõuenientiũ. Nũc
ꝟo ꝓbanda ẽ consequẽtia: que talis fuit. Oẽs
in adam peccauerũt tanq̃ꝫ in radice: ergo om/
nes q ex lumbis eius p concubitum viri ⁊ mu/
lieris duxerunt originẽ contraxerũt tale pctm̃.
Que conseq̃ntia nisi valeret: sequerẽtur sex ab
surda incõueniẽtia. Primũ incõueniẽs. Pe
na esset alicui creature illata a deo iniuste nulla
antecedente cã talis pene. Incõueniẽs sic de/
ducitur. Virgo maria mortua ẽ tpali morte q̃
mors pena est: qꝛ ẽ vltimũ terribilium i hac vi
ta: aut ergo mortua ẽ qꝛ peccauit in adaz tanq̃ꝫ
in radice: ⁊ non contraxit tale peccatũ: qꝛ fuit p̃
uenta per dei grãm ꝭm ⁊c. Aut qꝛ peccauit i ra
dice: ⁊ contraxit peccatum originale. Aut pena
ista data ẽ ꝟgini ad maiorem cumulũ merito/
rum vt dicũt qdam: aut ista pena illi a dño iniu
ste data fuit. Hec ẽ diuisio sufficiens: neqꝫ ali/
ud membꝝ assignari potest quare ꝟgo mor/
tua ẽ temporali morte. Non ẽ dandũ primum
membꝝ: qꝛ pctm̃ in radice non cõtractum non
ponit aliquem defectum in aĩa: siue in creatura

apud dominũ. Quia dato opposito dicant no/
bis: quem alium defectum posset ponere pctm̃
originale in radice in aĩa alicuius nisi illum de
fectũ qui ẽ ꝓprie quãdo contrahitur tale pctm̃.
Qui defectus si alter ẽ ab illo sufficit nobis q̃
ab eo ꝟgo non fuit liberata. voca euz q̃uo vis:
Amplius. Seq̃retur si iste defectus esset alter
ab illo qui contrahitur in conceptõne per pecca
tũ originale: q̃ in anima vniuscuiusqꝫ fuissent
duo defectus: contractio peccati: ⁊ alter p̃cedẽs
talẽ contractõem. Neqꝫ ẽ dandum scdm̃ mem
brum: qꝛ ꝭm opinionem tuaz virgo non cõtra
xit originale peccatum. Neqꝫ ẽ affirmãduz ter
tium mẽbruz: qꝛ merita augentur ex bonis opi
bus: ⁊ demerita augentur ex malis: ergo mors
non potuit dari ꝟgini in penam ad maiorez cu
mulũ meritorum. Confirmatur. Qꝛ nõ est infe
renda pena alicui: nisi quãdo demeretur: quia
nõ sunt facienda mala vt eueniãt bona. Cõfir/
matur secundo. Virgo maria ob eius mortem
non fuit aucta in meritis: sed p eius humilitatẽ
quando dixit: ecce ancilla domini: fiat mihi ꝭm
ꝟbum tuum. Et ideo post ista ꝟba maria di/
xit. Magnificat aĩa mea dominũ. Et post aliq̃
verba. Quia respexit humilitatez ancille sue: ec
ce. n. ex hoc beatam me dicent omnes generati
ones. Relinquit ergo vltimũ membꝝ: cuz nul
lum aliorũ dari possit ex sufficienti diuisiõe de
ductũ: quod ẽ inconueniens ꝓbatuz. Huic dif
ficili argumento qdam theologi dixerũt: q̃ pec
catũ originale non ẽ cã adequata mortis nãlis
ita q̃ mors semper ꝓueniat ex tali pctõ. Pro/
batur qꝛ mors xp̃i non fuit ꝓpter peccatum ori
ginale. Et ideo dicunt q̃ cum in ꝟgine Ma/
ria fuerunt duo principia intrinseca. s. forma in
tellectiua: ⁊ eius materia: rõe cuius cõpositõis
inest ei corruptibilitas transacto certo tempore
vnionis istoꝝ duoꝝ principioꝝ postea ꝓuenit
mors: qꝛ ꝭm Aristotelẽ omne corruptibile de
necessitate corrũpetur. Et ideo mors virginis
fuit ex talibus principijs: ⁊ non ex peccato ori/
ginali. Sed salua pace tantoꝝ viroꝝ hec rñsio
theologie nostre nõ ẽ conueniẽs: qꝛ dictum est
a dño. Quacũqꝫ hora comederitis morte mori
emini. Sup qbus ꝟbis ab oĩbus theologicis
dicitur: q̃ duplex fuit intellecta mors tpalis. s.
⁊ eterna. Et si Adã nõ peccass3 q̃uis corrupti
bilitas vnicuiqꝫ nostrũ ex nã ꝓpria conueniat
tñ nũq̃ꝫ talis aptitudo fuiss3 educta de potentia
ad actũ. Qd aũt hoc sit verꝫ auctoritate Aure/
lij Aug. hoc cõprobam⁹ li. 13. de ci. dei. c. 3. d.
Quapropter

Quapropter fatendum ē primos qdem hoīes
ita institutos fuisse: vt si nō peccassent nullum
expirent genus mortis: sed eosdē primos pctō
res ita fuisse mulctatos vt ēt qcqd eoꝝ stirpe ex
ortū: eadē pena teneret obnoxiū. Quāuis ergo
in nobis sint pricipia cōpositōis: rōe quoꝝ iest
nobis mortalitas ⁊ corruptibilitas: si p̄rimi pa
rentes nō peccassent fuissemꝰ p̄seruati a morte
tpali qꝛ dicit ēt Aug. eodē li. de ci. dei. c. 19. pri
mos hoīes ita fuisse cōditos: vt si nō peccassēt
nulla morte a suis corporibus soluerent: sed ꝓ
meritis obediētie custodite imortalitati donati
cū eis viuerent in eternū. Ex istis auctoritatibꝰ
satis clare constat respōsionē istoꝝ theologoꝝ
potius eē ƀm fallacem philosophiā: qꝫ ƀm ve/
rā theologiā nostrā. Nec valet motiuū istoruꝫ
s. ꝙ pctm̄ nō ē cā adequata mortis: qꝛ xp̄s mor
tuus ē ⁊ nō ex pctō: qꝛ sup̄ius ostensuꝫ est ƀm
Aug. ꝙ mors iest nobis ex pctō primoꝝ p̄en/
tum: xp̄o aūt nō fuit data mors ꝓpter peccatū:
qꝛ vt dicit Esaias. oblatus ē. s. ad mortē: qꝛ ip/
se voluit. Unde mors illi necessario data non
ē: qꝛ si voluisset in eternū vixisset. Uoluit ergo
xp̄s mori vt liberaret genus humanū qđ perie
rat p̄ mortē suaꝫ. Unde dicitur ⁊ canitur ab ec
clesia. Qui mortē nostrā moriendo destruxit.
Nō qdem mortē tpalē vniuscuiusqꝫ nostrū de
struxit: qꝛ vnusqsqꝫ nostrū moritur: sed destru
xit mortē eternā quā debebamꝰ incurrē ex pctō
primorum p̄entū. Scđm icōueniens qđ seq
tur nisi ista conseqntia teneat ꝙ aliqua creatura
humana a deo eēt ꝓducta ꝓpter aliquē finem:
⁊ tamē nāliter nulla antecedente cā iclinaretur
ad oppositū sui finis. Probatur qꝛ ƀꝫ Aug.
super libro Gen. deus creauit hoīem vt sum/
mū bonū intelligeret: itelligendo amaret: amā
do possideret: possidēdo frueretur. Iste ergo ē
finis vltimus hōis: frui deo: ⁊ videre ip̄m fa/
cie ad faciem: sicuti ē: vt affirmat vas electōis.
paulus apostolus. Probo mō isto fundamen
to declarato incōueniēs prima fronte positum
Qꝛ ƀm apostolum Paulum oēs indiguimus
gratia dei ⁊ redēptōe eiusdem: qꝛ post trāsgres
sionē legis primis parētibus date omnes erāt
inclinati ad damnatōem sempiternam: que dā
natio ē opposita nostro fini vltimo. Cum ergo
ēt ip̄a Vgo indiguit gratia dei ⁊ domini nostri
iesu xp̄i: sine qua ēt ipsa in eternum damnata
fuisset. Quero ex qua cā indiguit tali redempti
one. Aut peccauit in radice: ⁊ non cōtraxit pec
catum. Et hoc dicendū est: qꝛ peccatum in radi
ce non contractum nihil mali ponit in aīma no
stra apud dn̄m rōne cuius creatura possit incli
nari ad damnatōem sempiternam. Aut idigu
it redemptōe: qꝛ contraxit peccatum originale:
⁊ hoc dicendum nō est per te. Et cuꝫ nulla alia
cā assignari potest preter istā: relinqtur ꝙ Vgo
nulla antecedente cā erat inclinata ad damnati
onem: ⁊ idiguit gratia dn̄i nostri iesu xp̄i: quod
ē incōueniēs deductum. Tertium inconue
niēs quod sequitur nisi conseqntia ista valeat:
ē ꝙ Vgo Maria fuisset redemptrix ⁊ nō redē
pta: consequens falsuꝫ: qꝛ tantū ē vnus redem
ptor xp̄s. Inconueniēs sic deducitur. Uirgo
maria passa ē angustiam mortis: ⁊ multas ali/
as penas. Aut ergo quia in ea fuit causa talis
passionis. Aut quia in ea nō fuit aliqua causa
talium penarū. Non secundum: qꝛ in hoc ap/
pareret deꝰ iniustus vt deductū ē in primo in/
conuenienti. Si primū. Aut talis cā fuit ex pec
cato in radice non contracto. Aut peccato in ra
dice ⁊ in eo contracto. Aut propter salutem hu
mani generis. Non primum: quia peccatum
in radice nullum defectuꝫ ponit in creatura qn̄
non ē contractuꝫ. Neqꝫ secunduꝫ per te: quia
Vgo non contraxit peccatum originale. Ergo
datur tertium mēbrum ex sufficienti diuisione
deductum. Confirmatur: qꝛ virgo non idigu
it redemptione. Probatur qꝛ redemptio pre/
supponit lapsum: ⁊ passa ē: ergo fuit redemptō
⁊ non redempta. Quartum inconueniēs qđ
seqtur nisi consequentia ista valeat ē. Tollere/
tur enim omnis via ad ꝓbandum filios Ade i
conceptione contraxisse peccatum originale.
Hoc autem est contra Augustinum in libro đ
baptismo puuloꝝ contra hereticos affirmātes
puulos non contrahere peccatum originale ex
peccato primorum parentū. In quo loco Au/
gustinus probat p̄ rationes verissimas atqꝫ ne
cessarias ꝙ lege transgressa a primis parenti/
bus omnes qui ex lumbis eorum trahunt ori/
ginem per concubitum viri ⁊ mulieris contra
hunt tale peccatum. Inconueniēs sic deducit̄
Qua rōe vnum indiuiduū spēi humane pōt p̄
seruari a pctō originali in conceptōe ne contra
hat illud omnia indiuidua pn̄t preseruari ne in
conceptione contrahant tale pecccatum. Pro
batur: qꝛ peccatum originale ex eadē causa in
omnibus contrahitur. Ergo si fuit preseruatū
aliquod indiuiduū ne contraheret tale peccatū
hoc fuit ex possibilitate. Probatur qꝛ illa mo/
ta hoc non potuisset fieri. Et vt dictum ē qua

rōe vnū indiuiduum potuit preseruari: etiam
oia indiuidua potuerunt a tali pctō pseruari.
Ergo nulla rō necessaria pōt pbare q omnes
q contraxerūt originem ex primis pentibus cō
cepti fuerunt in tali pctō. Probatur ista vltima
conseqntia: qr si esset aliqua rō necessaria eius
opposita eēt impossibilis: quod tamē non ē: qr
qd cōpetit per eandē cām oibus idiuiduis eius
dē spēi: si ab vno indiuiduo illud pōt remoueri
ab oibus. Cū autē peccatum originale cōpetat
oibus indiuiduis spēi humane p Ade peccatū
qd fuit cā damnatōis oium nostrū: si ab vno in
diuiduo pōt remoueri tale pctm̄ ne in cōceptio
ne cōtrahat illud: ab oibus ēt potest remoueri
Et sic tolleretur via necessaria ad pbandū puu
los contrahere tale peccatum: et sic baptism⁹ nō
esset necessarius in puulis. Quintum incon
ueniēs quod seqtur nisi illa conseqntia valeat ē
q si Vgo non fuisset concepta in pctō origina
li: si mortua fuisset ante passionem dñi nr̄i iesu
xp̄i: ad eternam gl'iam iuisset anteq̄ xp̄s a mor
tuis resurrexisset: quod ē absurdū dicere et incō
ueniēs. Probatur. Quādocunq̄ ē aliqd ens
in vniuerso pducto ppter aliquem finē: si nul-
lū ē impedimētum respectu sui finis: illuz atti-
git finem. Sed sic ē q visio intuitiua dei et frui
tio eiusdē ē vltimus finis: ppter quē aia intel-
lectiua est pducta: ergo amoto oi impedimēto
aia intellectiua attinget illum finez. Maior hu
ius rōnis est nota. Et minor ē pauli apostoli.
d. Videbimus illū facie ad faciē sicuti est. Tūc
sic. Si aia Vginis fuisset sepata a corpore ante
q̄ xp̄s mortuus eēt nullum ipedimentū ei fuis
set: per quod posset remoueri a visione intuiti
ua dei. Probatur: qr nō peccatum originale:
neq̄ aliquod aliud peccatū veniale aut mortale
Neq̄ illud impedimentū posset eē violentum
qr hoc esset contra dei iusticiā q nullo antece-
dente defectu anima Vginis amota fuisset ab
vltimo fine eius. Quod si sic nō est: seqtur q
illa anima gl'iosissima Vginis marie fuisset ad
eternā gl'iam: et vidisset dn̄m facie ad faciem si
cuti ē. Sextū inconueniēs quod seqtur nisi il
la conseqntia valeat ē. Fuisset aliqua creatura
cōi cursu nature per cōcubitū viri et mulieris p
ducta: et tamē in pctō originali nō fuisset cōcep
ta. Hoc inconueniēs ē satis clar. Et primo q
sit pducta per cōcubitū viri et mulieris hoc est
notū: qr habuit pentes. s. Joachim et annā: ex
qbus generata ē. Qd non sit in pctō originali
cōcepta hoc affirmatur a te. Hoc aūt incōueni

ens ē exp̄sse contra Aug. in li. de fide ad petr
d. Firmissime tene et nullatenus dubites oēm
hoiem q per cōcubitum viri et mulieris natus
ē in peccatis cōceptum eē. Et sic apparet incō-
ueniens deductum.

Argumenta specialia ostendentia virginez
in peccato originali fuisse conceptam.

P Ostq̄ deo dante rōibus vniuersalib⁹
pbabiliter inductū ē: oēs qui ex lūbis
Ade per cōcubituz viri et mulieris du
xerūt originem: nemine creatura humana pu-
ra excepta contraxisse pctm̄ originale: nūc in p
senti articulo adducēde sūt rōes pprie: quibus
aduersarii Vitatis conātur pbare spāliter virgi
nē in pctō originali fuisse conceptā. Primuz
argumētum est hoc. Subiectum gratie priori-
tate nature precedit grām: qr semp subiectum
substantiale precedit accidens fundatū in illo:
qr scdm Ari. substantia ē prior omni acciden-
te. Sed aia virginis fuit subiectū gratie: q gra
tia fuit accidens: ergo prioritate nature preces-
sit illā grām. Tūc accipio aiam virginis in illo
priori: et arguitur sic. In tali anima ē carentia
originalis iusticie debite in primis pentibus
amisse ex transgressiōe legis. Ergo in tali aia
est peccatum originale. Cōsequentia pz a diffi
nitōe ad suum diffinitū. Antecedens aūt cōse-
quentie pz in illo priori. Nō pōt dici q sit gra
tia equalēs originali iusticie: qr tale subiectum
ē prius illa. Nec pōt dici q sibi sit originalis iu
sticia: qr pter xp̄m redemptorē nostrū post ade
pctm̄ nemo fuit in originali iusticia conceptus.

Secūdum argumētū est hoc. Virgo maria
indiguit gratia dei: iuxta illud pauli apl'i dictuz.
Omnes indiguimus gratia dei. Isto stante ar
guitur sic. Aut ergo Vgo indiguit gratia dei:
anteq̄ eēt. Aut postq̄ fuit. Nō primū: qr indi
gentia in aliquo psupponit illud. ergo secūduz:
Sed ipossibile ē q sit idem instans idigentie et
gratie: ergo in instanti idigentie nō habuit gra
tiam. Tūc quero in istanti idigentie erat aliqs
defectus in maria: vel nullus. Si dicatur q sit
aliqs defectus: ille nō pōt eē nisi pctm̄ origina-
le. Si dicatur q ibi sit nullus defectus: hoc sta
re nō pōt: qr vbi nullus ē defectus: ibi nulla est
indigētia. Tertiū argumētū. Fundamētuz p
quod ponitur virginē in pctō originali nō fuis
se conceptā ē vt veneret iesu xp̄i mater. Sed ta
li honore deus nō vult venerari matrē xp̄i: er-
go nō debemus ponere Vginē non fuisse con
ceptam i pctō originali. Minor huius rōis p
batur

daẽ q̃z Hiero. sup Math. super illo. Liber ge
neratõis iesu xp̄i: iquit nullã scãz mulierz in ge
nealogia saluatoris assumi: sed eas quas scrip/
tura rep̄hẽdit: vt qui p̄ pctõrib⁹ venerat: ď pctõ
rib⁹ nascẽs oium pctã deleret. Quartuz ar
gumẽtũ. Illud dz poni in maria: p̄ quod virgo
magis debeẽ xp̄o. Probatur q̃z dicit i euange
lio. Cui plus dimittiẽ plus diligit. Sz ponere
ip̄am in pctõ originali eẽ cõceptã: deinde mun
datã ẽ ponere ipsam magis xp̄o debitricez: q̃z
ponere oppositũ. Probatur: q̃z ẽm hoc virgo
cognoscit opus redemptõis: per qď opus v̄bũ
caro factũ est: ergo illud ẽ ponẽdũ in ea. s. ip̄az
in pctõ originali fuisse conceptam. Quitum
argumẽtũ. In pentibus v̄ginis fuit libidino/
sa cõiunctio: ergo p̄les nata ex his fuit in pctõ
originali cõcepta. Cõseq̃ntia pz: q̃z dicĩt i euã/
gelio. Bona arbor bonos fruct⁹ facit: mala ãt
bonos fructus facere nõ põt. Et ab Aug. affir
matur in li. de fide ad petrz. q̄ ois homo q p̄ cõ
cubitum viri ⁊ mulieris natus ẽ: in pctis con/
ceptus ẽ. Sextũ argumẽtum. Q̃ñcũq̃z sũt
duo quorz vnũ necessario seq̃tur ad aliud: si da
tur scdm in aliquo: i illo ẽ: aut saltẽ fuit primuz.
Sed sic ẽ q̄ pctm̃ originale ⁊ rebellio sensuum
sũt huiusmõi. s. q̄ rebellio sensuũ seq̃tur neces/
sario ad pctm̃ originale. Ergo posita rebelliõe
sensuũ in aliqua creatura ponĩt pctm̃ originale
aut saltẽ fuit in illa. Sillogism⁹ bon⁹. maior est
nota. ⁊ minor p̄batur: q̃z sensus nũq̃z fuere re
belles rõi in primis p̄entibus: nisi scã deordia
tõe i illis: q̃z vt dicit Aug. li. 4. de ci. dei. c. 13.
In occulto mali eẽ ceperunt: vt i apertam in/
obedientiã laberenẽ. Nõ enim ad maluz opus
perueẽiretur: nisi precederet mala volũtas. In
v̄gine autem q̃uis ip̄a nunq̃z habuit aliquem
peccati stimulum ex p̄te sensuum: tñ v̄go passa
ẽ ẽm sensus multas passiones. s. famẽ: sitim ⁊
dolorem mortis vnigeniti filij sui xp̄i: q̃ passio
nes ẽm aiam in v̄gine nõ erant: q̃z semper in
illa fuit recta ratio dominãs appetitui omnium
sensuum eius.

Argumenta sumpta ex priuilegijs xp̄i p̄bã
tia v̄ginem a macula peccati originalis fuisse
deturpatã.

On sufficiunt argumenta per nos su/
n perioribus articulis adducta: immo ne
cessarium esse videtur: vt absoluatur to
ta intentio aduersariorum: ponere quasdaz ra
tiones sumptas ex priuilegijs christo competẽ
tibus ad probãdũ v̄ginem i pctõ origiali fuis
se cõceptam. Prima rõ hec est. Nõ sũt tã/
tum gloriosissime virginis priuilegia a deo il/
li data a nobis extollẽda: vt minuãtur priuile/
gia atque dignitas ⁊ gratia saluatoris nostri ie
su christi. Sed q̄ ip̄e solus xp̄s post ade lapsuz
extiterit sine peccato: p̄ excellẽtiam: dignitatem
atq̃z grãm soli attribuitur christo: ergo nõ de/
bemus ita extollere virginem ⁊ eius priuilegia
vt auferatur dignitas ⁊ excelientia redempto/
ris nostri. Maior huius rationis nulli dubia
eẽ debet: q̃z si ab aliquibus oppositum tenere
tur: hereticus appellari posset. Minor autem
huius rõis p̄batur per aug. in libro de baptis
mo p̄uulorum dicẽtem. Restat iquirere vtruz
i filijs hominuz aliquis potuerit esse sine pctõ.
Et dicit. Nõ est i filij s hoium quisq̃z sine pec
cato: excepto vno mediatore. Et i eodem libro
circa finem libri secũdi dicitur. Teneamus fi/
dei ideclinabilem confessionem: q̄ solus xp̄us
sine peccato nat⁹ est i similitudinẽ carnis pcti.

Secũda ratio. Post ade delictuz solus xp̄s
iter hoies sine pctõ oimode iuẽtus ẽ. De muli
eribus aũt nulla iuenta ẽ aut repta: ergo ñ ẽ af/
firmãdum v̄giem sine pctõ origiali fuisse cõ/
ceptam. Cõsequẽtia probatur: q̃z oppositũz cõ
sequẽtis ifert formaľr oppositum ãtecedẽtis. añ
cedẽs autem p̄batur: q̃z dicitur Eccľiastes. 7.
Vnũ de mille viris repperi: de mľieribus nul
laz iuẽi. Que verba exponẽs aug. dicit. Vnũ
idest xp̄m de mille viris repperi. Vbi notãdũ
est q̄ ibi accipitur numerus millenarius p̄ oi
numero sine peccato de mľieribus nullã iueni

Tertia rõ. Omnis mũditia creature hũane
pure dz eẽ citra mũditiam xp̄i. probatur: q̃z in
filijs hoium nõ ẽ iuẽtus q̃sq̃z sine pctõ nisi xp̄s
Sz si v̄go nõ fuissz cõcepta i pctõ originali ⁊ fu
isset i cõceptõe sancta: mũditia v̄ginis fuissz eq̃
lis i cõceptõe cũ mũdicia cõceptõis xp̄i: qď ẽ ab
surdũ: ergo nõ ẽ ponẽdũ v̄ginẽ sine pctõ ori/
ginali fuisse cõceptã. Quarta rõ. Fũdamẽtũ
p̄ qď põiẽ v̄ginẽ i pctõ ñ fuisse cõceptã ẽ q̄ de⁹
potuit p̄suare illã a tali pctõ ⁊ sic potuit ita ďcu
it ⁊ sic ďcuit ita scm̃ ẽ: sz istď fũdamẽtũ ẽ falsũ: q̃z
isto mõ possz p̄bari xp̄z ñ fuisse mortuũ p̄ salu
te hũani gnis: q̃z potuit ñ mori. Et oẽ qď ẽ pos
sibile deo illi ↄuẽit: ergo ďcuit: ⁊ sic ďcuit ita de
bebat fieri: q̃ tñ omnia falsa sũt atq̃z risu digna.

Quinta ratio. Fundamentum per qď poni
tur v̄ginem in cõceptione fuisse scãm ẽ: q̃z v̄/
bum dei filius debebat venerari virginẽ: quia

ab eterno eius mater electa fuit. Sed hoc fun/damentū est falsum: quia verbū dei filius maiora potuit cōferre ꝟgini: q̄ magis honorassent eā: q̄ hoc ꝙ fuerit sine peccato cōcepta: vt im/mortalitatē ꝛ beatitudinē de facto: ꝛ tamen hec illi a dn̄o cōcessa nō fuere: quia nō erant cōue/nientia: ergo nō debet dici ꝙ virgo ex eo ꝙ de/bebat esse iesu christi mater fuit p̄seruata ne in peccato originali esset concepta: q: hoc solū erat xp̄o cōueniens.

Auctoritates cōmunes probātes omnes q ex primis parentib⁹ duxerunt originē in pecca to fuisse conceptos.

n

On cōtenti ex his argumētis superio/ribus articulis adductis aduersarij ve/ritatis adducūt quasdā auctoritates cō/munes ꝓbātes oēm creaturā humanam post Ade delictū fuisse in peccato originali ɔceptā. Nā Esa. c. 53. inq̄t. Omnes nos q̄si oues er/rauimus: vnusq̄sq; declinauit in viā suā: ꝛ dn̄s posuit in eo. s. xp̄o iniquitates omniū nr̄m. Et apostolus Paulus ad Ro. 5. Per vnū hominē mors intrauit in mundū: ex quo oēs pecca/uerunt: ꝛ in eodē loco. Sicut vni⁹ ade delictū regnauit in oēs in condemnatione: sic vni⁹ xp̄i iusticia regnauit in oēs. Et alibi idē apostolus Sicut in Adā oēs moriunť: ita ꝛ in xp̄o oēs viuificanť. Et sanctus leo papa inquit. Dn̄s noster peccati mortisq; destructor sicut nullū a reatu liberū repperit in liberādis oibus venit. Et aug. li. 13. de ci. dei. c. 14. Oēs. n. i illo fuim⁹ qn̄ ille vn⁹ oēs corrupit: q p feminā lapsus est.

Auctoritates ꝓprie specifice ꝓbantes virgi/nē in peccato originali fuisse cōceptam.

v

Ltimo pro cōplemento huius affirmatiue partis adducere intēdimus aliq̄s auctoritates specialiter explicātes virginem in peccato originali fuisse cōceptā: vt om/ni ex parte p nos satisfactū sit aduersarijs veritatis. Prima auctoritas est sancti Bern̄. in epistola ad Lugdunensē. d. Uirgo in conce/ptione minime sanctificari potuit: imo ipsa peccato fuit obnoxia: deinde ꝟtute spiritus sancti mundata. Et Ansel. li. 2. Cur deus hō. inquit Licet omnis dei cōceptio mūda sit: ꝛ absq; carnalis delectationis peccato: ꝟgo tamē ipso vnde assumpta est in iniquitatibus cōcepta ē: ꝛ in peccatis cōcepit eā mater eius. De tātis totq; preclarissimis viris hos duos viros auctorita/te dignos: q: de alijs paꝝ curamus: inuenim⁹ expresse affirmantes virginē in peccato origi/nali esse conceptam.

Quibus nō obstantibus partē negatiuam omnino tenere intendimus: ꝛ hoc verissimis rationib⁹ multisq; p̄clarissimis sanctoꝝ auctoritatibus ducti auxiliante nobis gloriosissima ac intemerata dei genitrice.

i

N oppositum est Augustinus totius ecclesie lumē ac sidus clarissimū in li/bro sermonū suoꝝ ad heremi/tas: sermone. 43. de natiuitate domini dicens. Propterea mater. s. christi electa est: ꝛ sup omnes creaturas p̄electa omnib⁹ gratijs fecundata omnibus virtutibus ornata: omni sanctitate in vtero mr̄is repleta: vt de mū dissima matre mundissimus nascereť filius: q: sicut in celo habuit patrē immortalē ꝛ eternū: sic ꝛ in terra habuit matrē omni corruptiōe ca/rentem. Igiť in celo qualis est pater: talis est filius: sic ꝛ in terra qualis est mater: talis secūdū carnē est filius. In celū cū patre eternus ꝛ im/mensus incorruptus ꝛ sublimis est: ꝛ in terra cū matre immaculatus ꝛ māsuetus. Et idē augu. in li. de gratia ꝛ li. ar. Cū de peccatis agi/mus propter honorē domini nullā de beata virgine volumus facere questionē. Adiungam⁹ his duab⁹ auctoritatib⁹ auctoritates sancti Hierony. in epistola ad paulā ꝛ Eusto. d. Et si in sanctis patribus ꝛ ꝓphetis gratia fuisse crediť: tn̄ nō eatenus plena. In Mariā vero toti⁹ gr̄e que in christo ē venit plenitudo. Et i eadē ep̄la Ceteris sanctis per partes dať gratia. Marie vero se infudit totius gratie plenitudo. Et an/sel. in lib. Cur deus hō. inquit. Decet ꝟginē ea puritate nitere: qua sub celo nulla maior ne/quit intelligi. Et ideo sancta mater ecclesia ca/nit de Maria. d. Que est ista q̄ ꝓgrediť q̄si aurora ɔsurgēs pulchra vt luna: electa vt sol. his verbis cōcordat psalmus Dauid. In sole po/suit tabernaculū suū. Qui sol fuit virgo. Et ipse. s. christus tāq; sponsus procedens de thalamo suo. Et in canticis canticoꝝ diciť. Tota pulchra es amica mea ꝛ macula nō ē in te. Et ideo sancta mater ecc'esia dicit. Felix es sacra virgo maria: ꝛ omni laude dignissima.

Quare autē Maria sit omni laude dignissima: explicatur causa: q: ex te ortus est sol iusti/cie christus deus noster.

O 2do seruandus in questio.

In q̄ōne

i N questione ista seruabibus talem or/
dinem.
p Videbim⁹ d originali iusticia pmoꝝ parētū
2° Videbimus de lege a dño primis parenti
bus data.
3° Videbim⁹ de peccato primoruꝫ parentum
ꝛ eius causa.
4° Videbim⁹ q̄ mala sunt secuta ex tali pctō.
5° Videbim⁹ de peccato primoꝝ parentū: qđ
transiuit ad omnes posteros ꝛ descendentes
ex lumbis ade primi parentis nostri.
6° Videbim⁹ quid est peccatū originale cōtra/
ctum in nobis.
7° Videbim⁹ i q̄ subiecto fuit ꝯctū tale pctm̄.
8° Videbim⁹ quot modis soluitur debitum.
9° Videm⁹ quot sunt modi redemptionis.
10° Videbimus ꝙ tam ex parte dei q̄ꝫ ex parte
virginis fuit possibile ꝙ ꝟgo preseruaretur a
peccato originali.
11° Videbim⁹ ꝙ hoc fuit conuenientissimuꝫ.
12° Videbim⁹ quod virgo fuit in conceptione
sancta: ꝛ a peccato originali p̄seruata ex parte
christi redemptoris nostri.
13° Hoc idē videbim⁹ fuisse ex parte ꝟginis
14° Videbim⁹ modū p quē virgo fuit libera/
ta ne incurreret siue cōtraheret tale peccatum
15° Videbim⁹ cur virgo nō fuit liberata a pe/
nis peccati si fuit liberata a peccato.
16° Videbim⁹ in quibus differt cōceptio chri
sti a cōceptione ꝟginis Marie.
Ultimo soluemus argumenta ante oppositum
questionis adducta: ꝛ sic erit finis questionis

De originali iusticia primoꝝ parentuꝫ.

c Reauit itaqꝫ de⁹ hominē ad imagineꝫ ꝛ similitudinē suā omni grā atqꝫ recti/tudine plenū ex vtraqꝫ parte.s.tā incorporea q̄ꝫ corporea pfectū. Intellectus hominis creatorē suū recte intelligebat. Volūtas ei⁹ sequens rationē rectā: deū sup oia ardēti quodā desiderio affecta amabat. Sensus oēs: tā interiores q̄ꝫ etiā exteriores ita ordinati erāt ꝙ appetitus eoꝝ tātū ad illoꝝ obiecta se extendebāt: q̄ꝫtū a ratione recta ꝛ electione volūtatis sequente illā rationeꝫ rectā pmittebant. Ex qb⁹ sic in hoie existentib⁹ resultabat originalis iusticia primoꝝ parentū. Nā cuncta animalia plenā obedientiā homini p̄stabāt. Sensus oēs recte rōni subiecti erāt. Voluntas ita bene a deo instituta erat ꝙ omni rectitudine plena creatorē suū amabat. Intellectus recte deū factorē atqꝫ creatoreꝫ suū intelligebat. Nā vt dicit Aurelius augustinus. Creauerat de⁹ rationalē creaturā: vt summū bonū intelligeret: intelligendo amaret amādo possideret: possidendo frueretur.

dio. τ Petrus domini exemplo in cruce suspē
diť. Et hoc totū vt nos a pctis suā doctrina re
uocarēt. Nō ē igitur fictio aut mēdaciū quod
de vita futura ꝓclamať: quod de iferni penis
ꝑconizať: τ quod predicať de ipsius rei ꝑfectio
nibus admirandis.

De ꝓfundo sensu scripture sancte quo oē hu
manū ingenium sup̄atur.

Tertio app̄et excellētia τ sublimitas scri
pture sancta ex eius ꝓfunditate. In ip
sa quidem non solum voces significāt
verum ēt res per voces significate. Ratio ꝺm
Thomā. 1. pte. q. 1. arti. x. q2 auctor scripture ē
deus: in cuius potestate ē ꝙ non solū voces ad
significandum accōmodet: sed ēt res ip̄as. Il
la ergo prima significatio qua voces significāt
res. pertinet ad primū sensum: qui. s. est histo/
ricus vel litteralis. Illa aūt significatio q̄ res
significate per voces iterum res alias signifi/
cant dicitur sensus spūalis. Hic autem trifarie
diuiditur. Sicut enim dicit apostolus lex ve/
tus figura ē noue legis: τ ipsa noua lex vt Di
onisius li. de eccľ. hierar. ē figura future glorie
In noua ēt lege ea q̄ in capite gesta sūt: sunt si
gna eorum que nos agere debemus. Scdō3 er
go ꝙ ea que sunt veteris testamēti significant
ea que sūt noue legis: ē sensus allegoricus. Al
legoria. n. idem ē ꝙ aliena ductio ab alle quod
ē alienum: τ goges ductio. Scdm̄ ỽo ꝙ ea q̄
in xp̄o scā vel in his q̄ xp̄m significāt sūt signa
eoꝝ q̄ nos agere debemus: ē sermo tropologi
cus. i. cōuersus ad mores. Prout ỽo significat
cat ea q̄ sūt in eterna gloria: ē sensus anagogic⁹
Anagogia. idest sursum ductio: ab anas quod
est sursum: τ goges ductio. Est itaque scriptu/
ra sacra in sensu litterali plana τ facilis. In sē/
su vero spūali oē deuicit τ sup̄at humanū inge
niū. Hinc aug. li. 2. super Gen̄. ait. Maior ē
huius scripture auctoritas: q̄3 ois humani ige
nij ꝑspicacitas. Et idem in epľa ad volusianū
dicit. Tanta ē. n. xp̄ianarum ꝓfunditas littera
rū: ꝙ in eis quotidie ꝓficerem si ea solas ab in
eunte pueritia vsq3 ad decrepitā senectutē ma/
ximo ocio sūmo studio meliore igenio conarer
addiscere. Nō ꝙ in eis que ad salutē sūt necessa
ria tanta ꝑueniatur difficultate: sed cum fidem
ibi q̄sq3 tenuerit: sine qua pie recteq3 non viuiť
tā mľta tanq3 mľtiplicium mysterioꝝ vmbracu
lis opaca intelligenda ꝓficiētibus restant vt an
nosissimis acutissimis flagrātissimisq3 suauita
te discēdi contingat. Quod eadē scriptura in q̊
dam loco cōmemorat. Cū cōsūmauerit homo
tūc icipiet. hec ille. Et Hiero. super illo ỽbo
psal. adipe frumenti satiat te. Pinguissimus ē
sermo diuinus. Quicquid vis ex sermone di/
uino nascitur. Et Greg. 20. moraľ. c. 1. O ēm
sapientiam atq3 doctrinā sacra scriptura tran/
scendit. Que vera predicat: ad celestem vitam
inuitat: a terrenis desiderijs cor legentis reuo
cat: dictis obscurioribus fortes exercet: ꝑuulis
humili sermone blanditur. Nec sic clausa ē vt
pauesci debeat: nec sic p3 vt vilescat: sed vsu fa
stidium tollit: τ tanto plus diligitur quanto am
plius meditatur. Quante autem sit profundi/
tatis scriptura sacra apparet ex tot libris sermo
nibus omelijs expositionibusq3 pene inume/
ris. In quibus doctores tam greci q̄3 latini to
tis viribus desudarunt. Et omissis alijs insp̄i
ciamus quot quantaue volumina edidit Ori/
genes: τ post illum Augustinus: de quibus ita
inquit Hysidorus libro. 6. ethimoľ. Origenes
omnes tam grecos q̄3 latinos operum suorum
magnitudine superauit. Deniq3 Hieromin⁹
sex milia librorum eius se legisse fatetur. Ho/
rum tamen omnium studia vicit. Augustinus
qui tanta scripsit vt diebus ac noctibus nec le/
gere quisquam sufficiat libros illius. Ulterius
scripture altitudinē cōprehēdē valem⁹ si reuoce
m⁹ ad mētē miracula q̄ ỽacit ꝓclamātur d̄ iter

ꝓtatione scā tpe Ptolemei. Hic vt dicit Ra
banus.14.li. de origine reꝝ fuit ꝑitissimꝰ oiuȝ
litteraꝝ discipulusqȝ Strabonis phi qui biblio
thecā fecit: in qua habere voluit libros legis iu
deoꝝ: q ad sacrā scripturā ꝑtinēt: Vt.n.tradit
Isi.li.6.ethimol.tꝑibus eius alexandrie.70.
milia libroꝝ iuenta sunt. Asserit aūt Eusebius
in historia ecclesiastica: ꝙ Theopompꝰ histori
cus tēptauit scripturā sacrā de hebreo in grecū
transferre: ⁊ dei iudicio per.30. dies in amētiā
ē versus. Theodotus ēt ob eandem cām ceca/
tus ē. Veꝝ penitentes sanati sūt. Ob qđ misit
ptolemeus pro iterpretibꝰ ad Eleazaꝝ pontifi
cē iudeoꝝ. Et de hoc sic loqtur Aug.li.18.de
ci.dei.c.42. Post alexādri macedonis q etiā
magnus cognominatus ē mirificētissimā mi/
nimeqȝ diuturnā potentiā qua asiam vniuersā
imo pene totū orbem ꝑtim vi ⁊ armis: parti ter
rore subegerat: quādo iter cetera oriētis regna
ēt iudeā igressus obtinuit eo mortuo milites il
lius cū regnū illud amplissimū nō solū posses/
suri: veꝝ ēt bellis oia vastaturi dimisissent. pto
lomeos reges habere cepit egyptus. Horum
primꝰ Lagi filiꝰ multos ex iudea captiuos trās
tulit in egyptū. Huic succedēs aliꝰ Ptoleme
us: q ē appellatus Philadelphus oēs quos il
le captiuos adduxerat liberos redire permisit.
Insuꝑ dona regia in templū dn̄i misit: petiuit
qȝ ab Eleazaro tūc pontifice dari sibi scriptu/
ras quas ꝓfecto audierat fama p̄dicāte diuias
Ideo illas habere cupiebat in bibliotheca quā
nobilissimā fecerat. Has cū idē pontifex eidē
misisset hebreas post ⁊ ille iterpretes postula/
uit ⁊ dati sūt ei.72. de singulis duodeci tribu/
bus hoies vtriusqȝ lingue doctissimi: grece.s.
⁊ hebree: quoꝝ iterp̄tatio vt septuaginta vocet̄
obtinuit consuetudo. Traditur sane tā stupen
dū planeqȝ diuinū in eoꝝ verbis fuisse consen
sū: vt cū ad hoc opus seꝑatim singuli sederent:
ita.n.placuit Ptolemeo eoꝝ fidem explorare
nec in vno v̄bo ꝙ tn̄idem significaret: nec i v̄
boꝝ ordine alter ab altero discreparet. Sȝ qđ
oēs scripserāt: vnū erat: qm̄ reuera spūs vnus
erat in oibus. Hec Aug. Ad plenius tamē in
telligēda illius v̄ba sciendū: ꝙ vt Justinus re
fert post mortē Alexādri factus ē primꝰ rex egi
pti Ptolemeus q regnauit annis.40. tā clare
vt oēs regnātes ab eo postea dicerent̄ Ptole
mei. Hic s̄m Siccardū suo lib. de temporibꝰ
in die sabbati ascēdit hierusalē simulans velle
sacrificare deo: sciēs iudeos tali die abstinere
ab armis. Itaqȝ cepit hierusalē. Successor ve
ro eius fuit Philadelphus q regnauit annis.
38. ⁊ fuit studiosissimus. Et hic vt dicit Aug.
cōstitui fecit copiosissimā bibliothecā. Notādū
insuꝑ s̄m Ysidoꝝ li.6.ethimol. ꝙ bibliothe
ca dicit̄ a biblio grece: quod ē libroꝝ ⁊ teca re/
positio. Bibliothecā aūt veteris testamēti Es
dras scriba post incēsam legē a chaldeis duȝ iu
dei regressi fuissent in hierusalē: diuino affatus
spū reꝑauit: cūctaqȝ legis ac ꝓphetaꝝ volumia
que fuerūt a gentibus corrupta correxit. Apđ
grecos bibliothecā primꝰ istruxit Phisistratꝰ
tyrānus atheniēsium: quā deinceps ab athe/
niēsibus auctā. Xerxes icensis athenis euexit
i Persas longoqȝ post tꝑe Seleucꝰ Nicanor
rursus i greciam rettulit. Dehinc magnꝰ Ale
xāder ⁊ successores eoꝝ istruēdis oium libroꝝ
copijs aium itendere maxime Ptolemeꝰ phi/
ladelphus. Rome primꝰ libroꝝ copiā aduexit
Emilius Paulus: Persa rege macedonum
deuicto. Deinde Lucullus e pontica p̄da. post
hec cesar dedit Marco Varroni negociū ma/
xime bibliothece cōstruēde. De his satis. Ad
scripturam sanctā iā sermo vertēdus ē: que ꝓ
funditate sua tot ꝑitissimoꝝ viroꝝ vt dictum ē
exercitauit igenia.

De vtilitate legendi aut audiēdi scripturam
sacram.

Quarto cognoscere poterimus excellen
tiam ⁊ sublimitateȝ scripture sancte ex
eius vtilitate. Prodest qdem ⁊ nō pa
rū illā deuote legētibus ac audientibus. Vnde
⁊ Paulus.2. Timot.3.c. Ois scriptura diui
nitus ispirata vtilis ē ad docēdū: ad arguēduȝ
ad corrigēdū: ad erudiēdū in iusticia: vt perfec
tus sit hō dei ad omne opus bonū instructus.
Hec pctoribus per pniam salutis fiduciā pre
stat: hec iustos ꝑseuerare suadet in via domini
hec vitia detestatur: virtutesqȝ extollit: hec sum
mū bonū desiderandum predicat: hec ifernuȝ
fugiendum hortatur: hec dei mādata seruāda
monet: hec blanditur humilibus: cōminatur i/
penitētibus: ⁊ recte viuētibus: aut post pctā ad
deū redeuntibus vitam pollicetur eternā. hāc
q valent legant delectabiliter: q v̄o legere non
possunt negocijs familiaribus ipediti audiant
illam benedicētes p̄cipue predicatores: quibus
cura ꝑuigil cē dȝ scripturas ipsas principaliter
predicare. Venite ergo o populi ⁊ audite disci
plinam sacrarum l̄rarum: qꝛ vt dicitur.38.di.
decretorum.c. sicut. Sicut stellas celi non ex/
tinguit

Singult nox: ita mentes fideliū inherentes firmamento sancte scripture nō obscurat mūdana iniquitas. Dictū sit de sublimitate sacre scripture: que fons est irriguus refocillans et satians omnē animā iusticiā ⁊ veritatē sitientem.

De multiplici euāgelio ⁊ qualiter scriptura tota nos excitat vt timeamus deū. Cap. .2.

Xristimo rez gratā facere: si in hoc secundo mysterio aperuero euāgelij varietatez: ex eo ꝙ quasi ꝑplerus ē multoruz anim⁹: q intelligere ambiunt qd in verbo Jōhis nomine euāgelij eterni īportet. Sunt ⁊ adhuc pleriqꝫ ꝑdicatoribus insultātes: dū euāgelicū tertū ꝑdicare omittunt: quasi trāsgressores existāt ꝑcepti dominici Marci vl. c. vbi dr̄ Euntes in mūdū vniuersum ꝑdicate euāgeliū omni creature. Quare ad huiusmodi ꝑplexitatez amouendā in hac ꝑte de multiplicitate euangelij erit disceptanduz: vt sic vniuscuiusqꝫ animus qescat in cognitione euāgelice xuans: neqꝫ de cetero ꝑdicatorib⁹ detrahat̄: q vt dictū est euāngelicā litterā nō semꝑ sequunt̄. Quadruplex ergo euangeliū distinguemus.

Primū est euangelium approbatum.
Secundū euāgelium dubitatum.
Tertiū euāgelium reuelatum.
Quartū euāgelium interpretatum.

De euāgelio qd̄ scripserūt qttuor euāgeliste.

Primū est euāgeliū approbatū illd̄. s. qd̄ scripserūt qttuor euāgeliste. Vt. n. habet̄ ex dictis Hierony. in ꝓlogo in Matheū ⁊ hysidori. 6. li. ethimol̄. prim⁹ q scripsit euāgelium fuit Matheus āno. s. xp̄i. 42. Nā volēs ex iudea recedere: q̄ sic dicta ē ex tribu Juda: postqꝫ intrauerūt terrā ꝓmissionis. Nā antea dicebat̄ terra Chanaā: eo ꝙ post diluuiū habitauerūt ibi filij Chā: scripsit euāgeliū litteris hebraicis vt sic remaneret apud iudeos credētes memoria eoꝝ q̄ docuerat. Vbi apparet quāta sit vis litteraꝝ. Ideo dicit Hysidor⁹ li. i. ethimologiaꝝ. Vsus litteraꝝ repertus est ꝓpter memoriā reꝝ. Nā ne obliuione fugiāt: litteris alligant̄. In tāta enim reꝝ varietate nec disci audiēdo poterāt omnia nec memoriter retineri. Et addit ipse Hysidorus ꝙ lr̄e sunt indices reꝝ: signa ṽboꝝ: qbus tāta vis est: vt dicta nobis absentiū sine voce loquātur. Hebreoruz litteras Moyses: syroꝝ ⁊ caldeoꝝ Abrahaz repertor. Ideo cuz litteris numero ⁊ sono cōcordant: solis caracteribus discrepāt. Egyptioꝝ lr̄as Isis regina inachi filia a grecia veniens in egyptū repperit ⁊ egyptijs tradidit. Grecaꝝ litteraꝝ vsum primi fenices inuenerunt: de qbus ait Lucanus. Fenices primi fame si credit̄ ausi. Mansurā rudib⁹ vocē signare figuris. Cadmus agenoris filius grecas litteras ex fenice. 17. attulit i greciā. Isponiades troiano bello tres adiecit: post quē Simonides miles tres alias addidit. Latinas lr̄as Carmētis nimpha prima italis tradidit. Carmētis aūt dicta: qr carminib⁹ futura canebat. Hec ꝓprie vocata Nicostrata. Chartaꝝ ṽo vsus vt Hysido. dicit. 6. li. ethimol̄. in mēphi egypti ciuitate inuentus est. Ante eniz scribebāt vel i tabulis marmoreis vel latericijs. Apud gētiles ṽo Frigius Dares de grecis ⁊ troianis historiaz edidit: quā in folijs palmaꝝ ab eo cōscriptā esse ferūt. Redeunduz iaz est ad efficaciā litteraꝝ sine qbus multa ⁊ quidem necessaria oblitterata essent. Quapropter Joānes solobriensis in ꝓlogo Policratonis ait. Exēpla maiorū q̄ sunt incitamēta ⁊ fomēta virtutis nullū oio erigerēt aut ṽuarent: nisi pia sollicitudo scriptoꝝ ⁊ triūphatrix inertie diligentia eadē aliquid ad posteros trāsmisisset. Et iteꝝ idē. Quis alexādros sciret: aut Cesares: qs stoicos aut peripateticos miraret̄: nisi eos isignirēt monimēta scriptoꝝ. Quis apostoloꝝ aut ꝓphetaꝝ amplexāda imitaretur vestigia: nisi eos posteritati diuine littere cōsecrassent. hec ibi. Matheus ergo vt dicit Nico. de lira. interpretatur datus: qr inter euāgelistas primo datus est a deo ad scribēdū euāgeliuz. Secūdus scripsit euāgelium Marcus anno sequēti eloquio greco ṡm Hysidoꝝ i italia secutus Petrū vt discipulus. Tertius Lucas greci ṡmonis eruditissimus ṡm Hysidoruz ⁊ Hieronymū in grecia in Achaie ꝑtibus scripsit euāgeliū sub Teophilo ep̄o. Quartus ⁊ vltimus Johēs scripsit euāgeliuz in asia q fuit in scribēdo vltimus: vt inqt Hiero. in ꝓlogo in Joānē: ex eo ꝙ erat virgo ⁊ iuuenis. Quare vt verecūdus se ingerere noluit quousqꝫ ab episcopis asie rogaret̄ ⁊ ab hereticis excitaret̄. Sed hic tria dubia sunt aperiēda. Primum. Quare nō vnus scripsit euāgelium. Secūdū. Quare christus benedictus nō scripsit quicqꝫ posteris relegēdum. Tertiuz. Vtruz ꝑdicatio veteris testamēti repugnet predicationi euāgelij. Ad primuz respondet quedā glo. Qd̄ euāgeliste sunt testes domini: ⁊ hoc nō propter idigentiam claritatis diuine: sed infirmitatis humane que firmius ⁊ certius credit pluribus qꝫ

vnl. In ore eniz duoꝝ vel triū testium stat om/
ne verbuz: vt dicit Math. 18. c. ⁊. 2. q. 4. c. I.
⁊. 2. ad Corin. I3. c. ⁊ Deut. I9. c. ⁊. 4. di. c.
quoniā. ⁊. xI. q. iij. c. ꝑcipue. ⁊ extra de testi. c.
licet. ⁊ extra de testi. c. relatū. Et ideo disposuit
diuina sapientia: vt plures essent euangeliste: q
si omnino diuersa dicerent: fidē nō firmarent.
Ad hoc eniz ut testionū sit solidū: necesse est te
stes cōcordare. Si vero omnino idē dicerēt: iā
totuz vnū esset ⁊ supfluū. Vt ergo certū eēt testi
moniuz ⁊ nihil cōtineret supfluū disposuit spiri
tus sanctus vt aliqua singulariter narrarēt: ali
qua cōiter: nulla vero discorditer. Ideo dic au/
gu. de cōsensu euāgelistaꝝ: ꝙ nō omnes euan/
geliste idē dixerūt. Sed vbi cōcurrerunt in idē
narranduz nō discordāt. Ad secundū dubiuz
respondere possumus ex dictis sanctis Tho. 3.
parte. q. 42. ꝙ xp̄s benedictus nō scripsit: quia
nō fuisset cōueniens dignitati sue ita scribere:
sicut expediebat cōmuni vtilitati eoꝝ quib⁹ do/
ctrina sua erat tradēda. Si vero scripsisset secū/
duz altitudinez dignitatis sue: nullus fuisset ca/
pax mysterioꝝum: ⁊ sic scriptura illa fuisset fru/
stra. Ad tertiuz dubiū iam imorādum est pro
pter nōnullos qui palatuz infectuz habētes me
mordent qꝛ in hoc opere historias veteris testa
menti predicādas conscripsi. Videt̄ forte ipsis
vetus testamētum abijciendū. Sed caueant ne
Seueriani sint. De quibus dicit Hysidorus.
8. li. ethimologiaꝝ. ꝙ fuerunt quidam heretici
sic nominati a Seuero heresiarcha: nō recipiē/
tes vetus testamentum ⁊ resurrectionez. Dici/
mus ergo ꝙ quicunque ꝑdicat ea que cōtinent̄
in euāgelio: predicat euangeliuz. Sed q predi/
cat vetus testamentuz predicat ea que cōtinent̄
in euangelio: ergo predicat euāgeliū. Mathe⁹
nāque. I. c. genealogiam christi explicat: nomi/
nans patres ⁊ reges veteris testamēti. Et i. 2.
c. inducit auctoritatez Esaie. 7. c. Ecce Vgo cō
cipiet Et in eo. c. allegat dictum Michee. 5. c.
Et tu Bethleem ⁊c̄. Et eo. c. dictū Esaie. Ex
egypto vocaui filiuz meū. Et. 3. c. dictuz Esaie
40. c. Vox clamantis in deserto: parate viā do
mini. Et. 4. c. dictū Deut. 6. c. Nō temptabis
dominū deū tuū. Et. 12. c. exempluz Jone: qui
fuit in ventre ceti. ⁊. 15. c. textū Esaie. Popo/
lus hic labijs me honorat: coꝛ autē eoꝝ longe
est a me. Et. 17. c. apparitionē exprimit Moy
si ⁊ Helie. Et. 19. c. Christus docet ꝑcepta de
calogi que ponunt̄ Exo. 20. c. Et. 22. c. allegat̄
auctoritas Dauid. Dixit domin⁹ dn̄o meo se/
de a dextris meis. Et. 26. c. auctoritas Zacha.
prophete. Scriptuz est: percutiā pastorem ⁊c̄.
Et Luce. 2. c. dicitur. Impleti sunt dies pur/
gationis Marie ſm legez Moysi. Eodem. c.
circūcisus est puer. Et. 16. c. Dixit christus ver
ba Abrahaz: habent Moysen ⁊ prophetas: au
diant illos. Et vltimo. c. Oportet impleri om/
nia que scripta sunt in lege Moysi ⁊ prophetis
⁊ psalmis de me. Vtique hec ⁊ similia ex vete/
ri testamēto sumpta in euāgelijs continentur.
Quare qui ea que sunt veteris legis ad christū
ordinata ꝑdicat: euāgelium vtique nō omittit.

De euāgelijs apocrifis: qbus non adhibet̄
plena fides.

s Ecūdum est euangeliuz dubitatum vt
Nicodemi Jacobi ⁊ alioꝝū que inter
apocrifa ꝯputantur. 15. di. c. Sancta
romana ecclesia. Secunduz autez Hysidoruz
libro. 6. ethimol. apocrifa dicta. i. secreta quia ī
dubiuz veniunt. In his apocrifis ⁊ si inuenia/
tur aliqua veritas: tamē propter multa falsa nul
la est eis canonica auctoritas: que recte a prudē
tibus iudicantur nō esse credenda qbus ascribū
tur. Nam multa ⁊ sub nominibus prophetarū
⁊ recentiora sub nominibus apostoloꝝ ab here
ticis proferunt̄: que omnia sub nomine apocri/
foꝛuz: auctoritate canonica diligenti examina/
tione remota sunt. Hec Hysidorus.

De euāgelio beati Pauli apostoli.

t Ertiuz est euāgeliuz reuelatū de quo
apostolus ad Gal. i. Notum vobis
facio euangeliū: quod euāgelizatū est
a me: quia nō est secunduz hominē. Neqꝫ eniz
ego ab homine accepi illud: neqꝫ didici: sꝫ per
reuelationez iesu xp̄i.

De euāgelio large sumpto quod est tota scri
ptura sancta.

q Vartū est euangelium interpretatuz.
Tota siquidē scriptura sacra large euā
gelium dici potest. Secundum enim
Hysidorū: euangeliuz interpretatur bona an/
nunciatio. Grece eu: bonum: angeluz annū/
ciatio dicit̄. Hoc est illud euāgelium eternum
scriptura. s. sacra: bene annūcians nobis eter/
nam veritatē dei nobis temporaliter reuelataz.
Ideo dicit Hieronymus. i. q. i. c. marchion.
Marchion ⁊ Basilides ⁊ cetere hereticorum
secte nō habent dei euangeliuz: qꝛ non habent
spiritū sanctum: sine quo humanū fit euāgeliuz
quod docet̄. Nec putemus in verbis scriptura
rum esse euāgelium sed in sensu: nō in superfi/
cie: sed

tte: sed in radice: nō in sermonuʒ folijs: sʒ ī medulla rationis. hec ille. Que verba contra illos dicta sunt qui litteraʒ tātuʒ quattuor euāgelioꝝ nomine euangelij volunt intelligi. Nos vero omneʒ scripturā dei vltra quattuor euāgelia: vt prediximus euāgeliuʒ appellamus. Hec ergo est: que bene omnibus annunciat vt deū timeāt. Excitent iam omnes populi: omnes gētes omnes vtriusqʒ sexus: ⁊ audiant qd vndiqʒ scriptura canit. Certe a principio vsqʒ ad fineʒ. Timete deuʒ: timete deuʒ: timete deuʒ. Hoc dicitur Leuit. c. 25. Unusquisqʒ timeat deū suum. Et de hoc scribitur Deutro. 4. ca. Dixit deus ad Moysen. Congrega ad me populuʒ vt audiat sermones meos ⁊ discat timere me omni tempore. Et Deut. 6. c. Dominuʒ deū tuuʒ timebis: ⁊ ipsi serues. Et Josue. 23. c. Timete deū ⁊ seruite ei corde perfecto. Et. i. Regum. 12. c. Timete deuʒ ⁊ seruite ei in veritate. Et ps̄. 2. Seruite domino in timore. Et ps̄. 33. Timete dominū omnes sancti eius. Et psal. cxi. Beatus vir qui timet dominū. Et Tob. 8. Multa bona habebimus si timuerimus deū. Et Judith. 16. Qui timent te magni erunt apud te per omnia. Et Eccle. i. Timenti deuʒ bene erit in extremis: in die defunctionis sue benedicet. Et 2. c. Fili accedens ad seruituteʒ dei: sta in iusticia ⁊ in timore. Et. x. c. Gloria diuitum honoratoruʒ ⁊ pauperū timor dei est. Et. 19. c. Da locū timori altissimi: q2 omnis sapientia timor domini. Et. 25. Beatus vir cui datū est habere timorē domini. Et, puer. 3. c. Time deum ⁊ recede a malo. Et. 14. c. Timor domini fons vite; vt declinet a ruina mortis. Et. 23. c. Esto in timore domini tota die: q2 habebis spem in nouissimo. Et Ecclesiastes. 8. c. Ego cognoui ⁊ erit bonū timētibus deuʒ. Et malachie. I. c. Si ego dominus vbi timor meus. Et Nee. 5. c. Quare nō ambulatis in timore domini. Et Michee. 6. c. Salus est timentibus nomē tuuʒ. Et. 2. Corinthi. 5. c. Scientes timorē domini hominibus suademus. Et Luce. 2. c. Et misericordia eius a ꝓgenie in ꝓgenies timentibus eū. Hec est tonans illa vox omnis diuine scripture: de qua Johes dicit ꝙ omnibus populis alte sonāda est. Timete deū. Qui quare timendus sit in sequentibus ostendimus.

Quod rationabile ē timere deū. Ca. 3.

S Unt plurimi qui de timore dei audiētes loqui: nō solū non formidant ⁊ pauent; quinimo in derisum habēt que dicuntur. Aiunt enim clementē esse deū ⁊ natura misericordē: a quo nullū maluʒ ꝓuenire pōt. Et vt docet Aristo. 2. rhetorice illa timemus ex quibus nobis mala ꝓueniunt. Sed nō aduertunt theologorum sententiaʒ: ⁊ precipue sancti Tho. secūda secūde. q. 19. Quod malū pene ⁊ si sit maluʒ ꝭm quid: inq̄ʒtuʒ. s. ledit eos qbus infertur: verūtamē est bonū simpliciter inquātum ꝓuenit ex ordine diuine iusticie. Eaꝓpter vt intelligant omnes quare timendus deus est a quo proueniūt mala pene: in hoc capitulo de ratione diuini timoris erimus tractaturi: quia Joānes subdit: quoniā venit hora iudicij eius. Sunt enim quattuor in deo iudice: ⁊ peccatoꝝ vltore: ꝓpter que merito timeri debet.

Primū est noticia.
Secundum displicentia.
Tertium potentia.
Quartum iusticia.

Quod deus benedictus cognoscit oia peccata tam secreta q̄ʒ publica.

P Rimū qd̄ est in deo quare timeri debet est noticia. Ipse vtiqʒ omnia nostra ma'a nō soluʒ publica ⁊ manifesta sed etiā occulta ⁊ in corde latentia noscit: scrutaturqʒ intima omnia: ⁊ penetralia cordiū. Probatur hec veritas auctoritatibus omnis scripture diuine ⁊ humane. Ait ergo Job. 42. ca. Scio domine quia omnia potes: ⁊ nulla te latet cogitatio. Et sapiens prouer. 5. Respicit dominus vias hominis: ⁊ omnes gressus illius cōsiderat. Et Eccle. 7. Nō te iustifices ante deuʒ q2 agnitor cordis ipse est. Et. 16. c. Non dicas a deo abscondā: ⁊ quis mei memorabit. Omne cor intelligit a deo. Et. 39. c. Nō est quicq̄ʒ absconditū ab oculis eius. Et ps̄. 93. Dominus scit cogitationes hominum. Et. i. Regum. 15. homo videt ea que parent: deus autē intuetur cor. Et. I. Paral. c. penul. Omnia corda scrutatur dominus: ⁊ vniuersas mentiū cogitatiōes intelligit. Et Daniel. 13. c. Deus eterne q absconditoꝝ omniū es cognitor ⁊ qui nosti omnia anteq̄ʒ fiant. Et Paulus ad Hebreos. 4. c. Omnia sunt nuda ⁊ aperta oculis eius. Et Joānis. i. cano. 3. c. Maior est deus corde nostro ⁊ nouit omnia. Et in decre. di. 32. c. erubescant. Secretoꝝ cognitor ⁊ iudex est deus. Et 2. q. I. c. Deus omnipotens. Et. 2. q. 5. c. consuluisti. Deus solus nouit corda filioꝝ hominum. Et ad idē facit quod scribit. xi. q. I. c. sacerdotibus. ⁊. 22. q. I. c. nō nobis. ⁊. 18. q. 2. c.

P erntiosam.c.23.q.5.c.pdest.c.24.q.1.c.
odi.c.26.q.5.c.nec mirū.c.26.q.6.c.agno/
uimus.c.32.q.1.c.apud.c de pe.di.i.c.quez
penitet.c extra de ofti.deleg.c.nouit.c de sy/
monia.c.tua nos. Et Hieronymus ad De/
metriadē vginem. Omium opez c cogitationū
tuaz speculatorē tuū crede deū. Et Sistus py
thagoricus in sententijs suis. Cogitatio hois
deū non latet: c iō cogitatio tua pura sit ab om/
ni malo. Et Seneca ad Lucillū. Quid pdest
aliqd ab hoie esse secretum. Nihil deo clausuz
ē. Ipse cogitatōibus nostris iteruenit: sic iter/
ueu dico vt nūq̃z aliquādo ide discedat. c Oui
dius in.3.metamorphoseos. Aspiciūt oculis su
peri mortalia iustis. Sed cōtra ista obijcit mul
tipliciter. Primo qz deus nō cognoscit aut i/
telligit aliud a se: ergo nō cognoscit nostra petā
Vt.n.dicit Ar.xi.metaph. Intelligibile ē p
fectio itellectus. Si igit deus itelligeret aliud a
se: itellectus ei9 pficeret ab alio: c sic aliqd esset
nobilius ipso: qd ē falsum. Scdo arguit fz
Ansel. Omne qd ē melius circa deū ē ponen
dū. Sz quedā melius ē nescire q̃z scire: sicut di
cit Aug. in enchiridion: ergo necesse ē ponere
q deus illa nō sciat. Sed illa sūt petā: ergo de9
nescit nostra petā. Tertio sicut deus ē oium
sciēs: ita deus ē oipotens: sz deus nō pōt mala
ergo neq̃z scit mala. Quarto arguitur. Aba
chuc.i.dicit. Mūdi sūt oculi tui dñe: ne videāt
malū. Ad primuz respondet Boñ. in primo
di.29. q cognoscere aliud a se ē dupl'r. Aut p
aliud a se cognoscēte. Aut per se. Quādo co/
gnoscēs cognoscit aliud c p aliud: tūc vez est
q perfectōem hz aliunde: c tunc eius itellectus
ē in potentia: c recipit aliunde perfectōem: c iō
additōem c trāsmutatōem. Et hoc omnino est
impossibile circa deum: qz vt inquit cōmenta/
tor super.12.metaph. Intelligere dei ē sua sub
stantia. Patet qz sua substātia ē sua actio. Pz
ēt: qz est actus purus c simplex. Et ibidem cō
mentator dicit q intellectus in deo.i.intellectō
c intellectus idem sunt. Deus ergo illa que sūt
extra se: non per illa: sed per suam essentiaz in/
telligit: qz illa suum intellectum non possunt p
ficere mouere ac in seipsis terminare. Et iō in
tellectus diuinus cognoscendo vilia non vile
scit. Propterea dicit Dio.li.de diui.no. Ma
te: ialia deus cognoscit imaterial'r: diuisibilia i
diuisibiliter: c multa vnitiue. Ratio qz deus i/
materialis ē c simplex c vnus. Vnde qualis
ē ipse: talis est eius cognitio. Ex quibus omni
bus seqtur fm Tho.1.pte.q.14.arti.5.in re/
sponsione ad secundum argumentum: q nihil
aliud est pfectio diuini intellectus: nisi ipa eēn
tia dei. Ad secūduz obiectū respondet Boñ.
q aliqd dr meli9 dupliciter.s. simpliciter c fm
statuz. Dico ergo q scire oia simpl'r melius ē
c nobilius. Sed homini corrupto qui accipit oc
casionem peccandi ex cognitōe melius est que
dam nescire. Ideo non sequitur q sit deo attri
buēdum. Ad tertium dicit Boñ. q non ē si
mile de potentia c scientia: qz rectitudo manēs
rectitudo est ratio cognoscendi malum. Sz re/
ctitudo non est causa mali nisi declinando a re
ctitudine in deficiendo. Ideo scire mala ē de p
fectōe scientie: sed posse mala non est de perfe/
ctione potentie. Ad quartum dicit Boñ. q
in deo ē duplex cognitio. Vna approbationis
Alia simplicis noticie. Cognitio approbatōis
notat cōplacentiam voluntatis. Et hac non co
gnoscit deus omnia: c nec sic mala: nec malos
sed tm̄ bona c bonos. Et sic dicūt auctoritates
Est alia cognitio simplicis noticie. Et hec quia
hz rōez cognoscendi a vitate: q̄ ē lux sūma cui
nihil pōt occultāi: nec ēt tenebre obscurāt ab ip
so. Iō cognoscit oia magna c pua: bōa c mala

Qd petā displicent deo: contra illos qui di
cunt q deus de peccatis nostris non curat

Ecūdum quod est in deo quare timeri
s dz est displicētia. Displicēt.n. sibi pec
cata: pter que petōres abhominat c
odit. Vnde dauid in psal. Odisti oēs obseruā
tes vanitates. Et Eccl'.5. Altissimus odio hz
petōres. Et Sap.14. Simil'r sūt odio deo ipi
us c impietas eius. Et Augu.li.de peni.c de
peni.di.3.c.sunt plures. Scio dñm inimicum
omni criminoso. Et idem li.12.de ci.dei.c.3.
Dicunt in scripturis inimici dei omnes q nō
natura sed vitijs eius aduersantur iperio: cur
deus odit diabolum: nisi ppter petm̄. Vtiq̃z
nec Petrum diligeret si criosus eēt. Inimī nā
q̃z petm̄ ē ei exosum: q filiū suū crucifigi volu
it: vt cū illo petm̄ crucifigeret. inqt augu. super
eplam ad Col. Innocēs occiditur: petm̄ cru/
cifigitur. Aiaduerte o peccatrix aia: c cōsidera
dei filiū in cruce pendētem: liuoribus c plagis
plenū: c pie ipm̄ iterroga. O delicatissime iu/
uenis o fili dei altissimi: cur ista pateris. cur tā
to dolore cōcuteris. Et respondebit tibi ptin9
hec oia patior vt patri meo p petō humani ge/
neris satisfaciā. Hoc ē q Esaias dixit.53.c.
Vulneratus ē ppter iniqtates nostras c attri
tus ste

tus ẽ ꝑpter scelera nostra. Disciplina pacis no
stre sup cum cuius liuore sanati sumus. Et pe
trus. 1. epla. c. 2. Pctã nostra ipe ꝑtulit in cor
pore suo sup lignũ vt petis mortui iusticie viua
mus: cuius liuore sanati sum⁹. o q̃ꝫtum timerz
subditus regis cũ certitudinaliter sciret se i eius
fore odio ac displicentia. Semp pauidus esset
ac nimio terrore correptus tacitus cogitaret. o
qd cõtra me rex erit facturus. Heu me displi/
cui sibi: odiũ in me iecit suũ. Quãtomagis tu i
felix aia timere debes: dũ mẽte recogitas: ꝙ re
gem regũ offendisti. Expauesce ꝛ cõtremisce:
q2 inigtates tuas si te nõ conuerteris puniet.

Quod potentie dei nullus resistere potest.

Ertiũ qd̉ ẽ in deo: q̃re timẽd⁹ est potẽ/
t tia dicitur. Dixim⁹ in quadragesimali
de pnia. in sermõe de oipotentia dei. q̃
liter ipsi dño celoꝝ nulla creatura angelica vel
humana resistere põt. Appebit ẽt hoc in seq̃n
tibus cũ i ꝑticulari de iudicijs ei⁹ vba faciem⁹

Quod iusticia ẽ in deo: qua ẽt in presenti se
penumero punit malos.

Vartũ qd̉ est in deo: quare timeť oẽs
q illũ tenẽtur ẽ iusticia: de qua isup dcm̃
ẽ diffuse in sermonib⁹ de iusticis dei in
quadragesimali de pnia. Nũc vo id scire suf/
ficiat: ꝙ lꝫ in generali iudicio oia sint mala pu/
niẽda: tñ freq̃ntius multa in hoc seculo puniuť
vt ostendatur ꝙ deus iustus iudex cõcidit cer/
uices pctõꝝ. Necesse ẽ ergo vt pctõribus du/
ris dicamus id ps. Nisi cõuersi fueritis: gla/
diũ suũ vibrabit: arcũ tetẽdit ꝛ pauit illũ: q2 ve/
nit hora iudicij eius. A quo nos misericordit
liberet: q ẽ benedictus in secula seculoꝝ. Amẽ

Sermo. 2. de diuinis iudicijs ꝛ flagellis q̃
s stultis pctõribus nõ timentur.

Ariora satis
humana corda ꝑsepe videnť
v cẽ: que nullo dei timore ter/
rẽtur neqꝫ pctã deponere stu
dẽt. Infixa manẽt in fecibus
suis: ꝛ deũ celi illis cõminãtẽ
cõtẽnũt. Jccirco ad excitãdas aias inertes: vt
ausu temerario deposito timeant deũ: in ꝑsen/
ti sermone de timore dei in generali dicemus.
Videbimusqꝫ de illo tria mysteria principalia
Primum dicitur vilipensionis.
Secundum cognitionis.
Tertium euitationis.

Quare homines non timẽt: imo cõtẽnunt
iudicia dei. Capitulum I.

Alis ẽ multorũ conditio vt dei iudicia
t ꝯpnant atqꝫ derideãt. Qd̉ qdem rõe q̃
druplici facere cognoscũtur.
Prima dicitur incredulitatis.
Secũda longanimitatis.
Tertia apparentis bonitatis.
Quarta mundane ꝓsperitatis.

Qd̉ multi nõ credũt q̃ dicũtur de iudicijs dei.

Rimo nõ timẽtur dei iudicia ꝑpter in
p credulitatẽ: q2 cũ narranť aut legũť no
sunt excecati pctõres fidẽ ꝑstare dictis
q2 male libẽter quis acceptat qd̉ nolet: imo cõ
trariũ: ſm illud Senece in prima tragedia. qd̉
nimis miseri volũt hoc facile credũt. Sic eue/
nit tpe diluuij d̉ quo paulo inferius tractabim⁹
Nũqꝫ voluit gẽs illa pitura Noe archaꝫ fabri
canti dare fidem. Sic accidit Balthasar rgi ba
bylonis: de quo dicit Nico. de lira super. 5. c.
Daniel. ꝙ cũ publice diceretur regnũ ei⁹ debe
re ꝑsistere vsqꝫ ad finẽ captiuitatis iudeoꝝ: de
qua ꝑdixerat Hieremias hiere. 29. c. l. ꝙ. 70.
ãnis erat duratura ꝛ deridebat oẽs. Et cũ sibi
diceretť ꝙ exercitus Darij ꝛ Ciri validissimus
veniebat cõtra cũ: negligebat ꝓuisionẽ contra
uenientẽ. Dum vo obsessa eẽt babylon fecẽ grã
de cõuiuiũ ꝛ celeberrimũ optimatibus suis: ꝛ i
cõtemptũ bibebat in vasis templi que asporta
uerat Nabuchodonosor. Et sic vacans epu/
lis vidit manũ scribentem in ꝑiete. Mane Te
chel. Phares. Aduocato aũt Daniele iterp̄/
tatus ẽ visionem d. Mane numerauit de⁹ re/
gnũ tuũ ꝛ cõpleuit illud. Techel appẽsus es in
statera: ꝛ iuẽtus es minus habẽs. Phares di
uisum ẽ regnum tuũ: ꝛ datum Medis ꝛ per/
sis. Cũ aũt hoc audisset lꝫ honorasset Danielẽ
tñ stabat in ꝑtinacia sensus sui. Quare eadem
nocte babylon capta fuit: ꝛ Balthasar iterfect⁹
ac iugulatus. De ista euersione babylõis dicit
horosius li. 2. Babylon eo tpe a Ciro rege sub
uersa quo primũ roma targnoꝝ dñatione libe
rata ẽ. Siqdem sub vna eadẽqꝫ cõueniẽtia tẽ/
poꝝ illa cecidit: ista surrexit: ꝛ quasi moriẽs di
misit hereditatem.

Qd̉ deus longanimis ẽ ꝛ patiẽs: tñ ad lon
gum iudicat impenitentes.

Ecũdo nõ timẽť dei iudicia ꝑpter dei
s patientiã ꝛ longanimitatẽ. Aiunt nã/
qꝫ pctõres ceci. Taꝫ diu sustinuit nos
deus: ꝛ nũc nec aliter faciet. De his aug. li. 4
de doctrina xp̄iana sic loqtur. Plerosqꝫ incre

dulos miserationis dei patientia longa pecca/re facit itrepidos: q2 deum non arbitrant suoꝝ pctōꝝ vltorem. Verūtamen libranda sunt illa v̄ba Valerij. Lento etenim gradu ad sui vindictā diuina ꝓcedit ira: tarditatēq3 supplicij grauitate cōpensat. Et hiero. in cōmento sup Hieremiam inqt. Quāto maior ē numerus tp̄um qbus obliuiscimur deū: tāto maior est pēa pctī quod nec lōgitudine seculoꝝ potuerit edomari

Q d multa bona opa fiūt: sed nō pp deum

t Ertio nō timētur iudicia dei ꝓpter apparentem bonitatē. Fiūt qn̄q3 aliq̄ bona simulata nō ꝓpter deū: sed ad cōplacē/tiam hoīum. Vadūt ad missas vsurarij: libros in manibus deferētes sodomite: fornicatores: ⁊ alij similes frequētāt diuina: nō vt honorent deū: sed vt boni viri eē videātur. Quādo aūt suasu p̄dicatoꝝ ⁊ inspirāte deo per donū gratie gratis date: ad talia pagenda ducunt: tn̄ grādia pctā nō relinquūt: ⁊ psuadēt sibi exquo opant aliquod bonū: timēdū3 eis nō esse. Quib9 ego dico: ꝙ si deus aliquādiu retardet sn̄ia3 ꝓpter huiusmōi bona: verūtamē nisi sequat v̄a ⁊ realis emēdatio: tandē ad sua iudicia sepenumero manū extendet.

Q d multi cōfidūt in ꝓsperitate ⁊ tn̄ ex insperato sepe flagellantur a deo.

q Varto nō timentur iudicia dei ꝓpter mūdanā ꝓsperitatē. In qua qdem velut ebrij iam sci putant se eē deos in diuitijs: in robore corpis: in gl'ia seculi licere ipsis arbitrātur facere qcqd velint. In'qbus vt dicit Seneca in tragedijs. Prosperꝝ ac felix scelus v̄tus vocatur. Cōfidūt in vanitate sua: ⁊ d sua v̄tute ac tpalibus bonis p̄sumūt ⁊ gl'iant. Cōtra quos dicit Seneca in tragedijs. Nemo cōfidat nimiū secūdis. Et idem ad Lucillum. Noli huic trāqllitati cōfidere. Momēto mare euertit ⁊ codē die vbi luserūt nauigia sorbent. Hinc Hieremias. 47. c. ciuitati afluēti ꝓsperitate ⁊ nō timēt deum ait. Audi hec delicata ⁊ habitās cōfidenter: que dicis in corde tuo: ego su3: nō sedebo vidua: ⁊ ignorabo sterilitatem. Veniēt tibi hec duo subito in die vna. O quot ciuitatibus ex iprouiso supuenit ira dei. Et vt omittamus reliqua ispiciam9 qd fcm̄ est p iopinatos terremotus. Accepi oia q̄ sequūtur ex q̄/dam cronica ricobaldi ferrariēsis. Regnante Tigrane in Syria terremotu fcō pire hoium 70. milia: vrbes alique subuerse. Anno quīto Tiberij. 13. vrbes in Asia cecidere terremotu cōcusse. Impante Nerone tres in asia vrbes terremotu corruere. āno octauo Vespesiāi tres vrbes terremotu cecidere. anno octauo Traiani Nicea ⁊ Nicomedia corruerūt. Anno eiusdem. 16. Antiochia pene tota corruit terremotu. Impāte Diocliciano t̄remotu fcō apd Tirū ⁊ Sydonē multa milia hoium piere. Tpe Constantini secūdi terremot9 in oriente plurimas vrbes solo strauit. Nō oia ⁊ singula explicari possunt: in qbus appet ꝙ3 terribilis ⁊ formidāda ē dextera dei oipotentis: que in momēto confundit omnem superbiam hominum: iō semper timendus est.

Quibus signis debemus verisimiliter estimare quando iudicia dei sunt propinqua.

Capitulum secundum.

Icet inscrutabilia sint iudicia dei: ⁊ nostrum non sit cognoscere tēpora: ⁊ momenta: que in sua posita9 sūt potestate: nihilominus per signa queda3 cognoscere possumus quando timendum est: ne in breui veniant super nos mala. Nec presumptuosum ē ita loqui: aut tenere quando qdem ipe dn̄s ih̄s benedictus Math. 24. ⁊ Luce. 21. dixit. Ab arbore aūt fici discite pabolam: cum videritis q2 ramus eius tener fuerit ⁊ folia nata scitis q2 prope est estas. Quare in hac parte notabimus quattuor signa per que scire debemus quando timēdū sit: ne de ꝓximo nos pulsent iudicia ⁊ flagella dei.

Primū dicitur magnitudo.
Secūdum multitudo.
Tertium consuetudo.
Quartum promptitudo.

Q d cū cōmittuntur grauia pctā ꝓxima sunt iudicia dei.

p Rimū signum quo cognoscuntur i ꝓximo ventura iudicia dei dicitur magnitudo peccatorum. Quando. s. fiūt peccata horrenda grauia siue nephanda. Nec tenenda est opinio stoicorum de quibus dicit. Tho. prima secunde. q. 73. arti. 2. ꝙ volebant omnia peccata esse paria. Quinimo fm diuersitatem ⁊ qualitatem circūstantiarum vnū alio grauius iudicatur. ff. de penis. l. aut fcā. Sūt ergo omnia peccata mortalia grauia: quedam tamen ceteris grauiora: sicut sunt symonie: ꝓphanationes sacrorum locorum: irreuerentia diuini cultus: filicidia: sacrilegia: adulteria: incestus: sodomie: blasphemie: periuria: crudelitates: violentie: rapine: vsure: odia: liuores: rā

rores: fraudes: deceptiones: proditões: τ filia

Q. ꝺ multitudine peccãtiũ deꝰ iudicat pplos

Secundum signum quo cognoscuntur in primo dei iudicia ventura dicit͛ multitudo peccantiũ. Quando enim pctã grauia cõmittuntur a paucis adhuc equanimiter suffert deus. Sed si a multis perpetrantur nõ diu continebit manũ suam. Veh τ iterum veh vobis: q͛ nos sumus in quos fines seculorũ deuenerũt in qbus cõpletur dictũ ṗs. O ẽs declinauerũt simul inutiles facti sunt: nõ est q̄ faciat bonũ: nõ est vsq̃ ad vnum. Rara inquit Hiero. aduersus Vigilãtium: ṽtus est nec a pluribus appetitur. Et Ouidiꝰ li. 2. de ponto ait. Nec facile multis inuenies milibus vnum. Virtutẽ p̄cij qui putet esse sui. O q̃ exiguus ẽ numerus seruientium deo in ṽitate. O quã lata est sequela diaboli. o quot discipulos iam hꝫ antichristus. Nõ ẽ ṽitas: nõ est bonitas i filijs hoium. Descendẽtibus ab vniuersalibꝰ ad pticularia iubet Plato q̄escere.

Q. ꝺ cõsuetudo τ pseuerantia in pctis ꝓuocat deum ad iram.

Tertiũ signũ quo timenda sunt in ꝑrio ventura iudicia dei dicitur consuetudo quãdo .s. pctã grauia a multis cõmissa: consuetudine τ longa pseuerantia in cordibus pplorum ieiuia facta sunt. Defendunt nãq̃ multi pctã sua τ excusãt cõsuetudinẽ allegantes: non aduertentes oium doctorũ sniam: q̄ firmiter asseuerãt q̄ ꝯsuetudo nec excusat nec alleuiat peccata: imo aggrauat τ adauget. Quare di. 8. c. mala dicitur. Mala consuetudo nõ minus q̃ ꝑniciosa corruptela vitãda ẽ. Et ibi i. c. ṽitate. Veritate manifesta cedat cõsuetudo veritati. τ infra. Nemo cõsuetudinẽ rõi τ ṽitati ꝑponat: q͛ cõsuetudinẽ rõ τ ṽitas semp excellit. Et eadẽ di. c. si cõsuetudinẽ. Vsus q̄ ṽitati ẽ cõtrarius abolẽdus ẽ. Et in. c. q̄ cõtẽpta. Cuꝫ xp̄s sit veritas sit magis ṽitatẽ q̃ cõsuetudinẽ seq̄ debemꝰ. Et in. c. cõsuetudo. Cõsuetudo sine ṽitate vetustas erroris ẽ: ꝓpter q̄d relicto errore sequamur ṽitateꝫ. Et extra de cõsuetudine. c. ex litteris. Cõsuetudo q̄ canonicis obuiat istitutis nulliꝰ dꝫ eẽ momẽti. Ideꝫ habet͛ extra de cõsuetudine. c. cũ venerabilis. extra de vsu pallij. c. ex tuarũ. extra de officio archi. c. cũ satis. extra de iuramẽto calũnie. c. ceterũ. extra de vi. τ ho. cle. c. cũ decorẽ. extra de statu mona. c. ea q̄ extra de cõsecratiõe eccle. c. aqua. extra ꝺ symo. c. intuĩ. c. tua nos. extra de cõsuetudine. c. con

suetudinẽ. li. 6. extra de celsibꝰ. c. q̃q̃. li. 6. hec dixisse volui ad refellendã reprimẽdãq̃ temerariã excusatiõem trãsgressorũ diuine legis: q̄ sp̄ ad cõsuetudinẽ querunt subterfugere. Sic faciunt vsurarij: sic mercatores fraudulẽti: sic mulieres vane: sic ambitiosi clerici: sic ꝑ nomẽ dei in vanũ crebro iurãtes: sic blasphemãtes deuꝫ τ scõs: sic deniq̃ oẽs dissoluti corde. Qui tanto magis debẽt timere iudicia dei: quãto videt͛ se per cõsuetudinem a pctis detineri.

Q. ꝺ ira dei vicina ẽ: quando pctõres nec timent deũ: nec de hoibus erubescunt.

Quartũ signũ ad cognoscendam iram dei fore propinquã ẽ ꝓmptitudo. Q. n͂. s. tota aiaduersione τ ꝓmptitudine cõmittũtur peccata horrenda a multis in quolibet statu cõsuetudinarie τ pseueranter sine timore dei τ sine verecũdia hoium. Quo me vertam vnde icipiam: an tacere debeã. Veh mundo a scãdalis. Nõ erubescũt ampliꝰ hoies pecuniaꝫ petere: pecunia dare: in quibus erubescenduꝫ eẽt: non adulterari τ alia nephanda cõmittere publice: non mutuare ad vsuram: non facere queq̃ turpia. Et tamen Cicero gentilis o christiane pessime. li. i. de officijs ait. Sine verecundia nihil rectũ esse potest: nihil honestum. Et Valerius li. 4. Verecundia ẽ parens omnis honesti consilij: tutela solẽnium officiorum magistra inocentie: cara ꝓximis: accepta alienis: omni loco omni tempore fauorabileꝫ pre se ferens vultum. Et Apuleius libro de deo Socratis. Artes alie sine scientie possũt ignorari sine erubescentia: sicut ratio pingendi: salutandi siue cantandi: quas vir bonus potest sine vituperatione cõtẽnere. Sed nescire bñ viuer͛ nũq̃ audebis dicer͛ sine pudore. Et bern̄. super cantica. Verecũdia inquit sp̄ualis gloria conscientie est fame custos: vite decus: sedes virtutum: primitie laus: nature insigne: τ totius honesti. Prohdolor. Pudet dicere que siunt his temporibus inuerecunde: inpudẽter elata facie: τ cum derisione τ contem. tu dei. o xp̄iana religio que omnis munditie τ sanctimonie speculum eẽ deberes: hodie quia verecundia est extincta facta es turpis τ sordida et templum omnis immunditie τ dissolutionis.

De remedijs quibus euitari possunt iudicia dei. Capitulum tertium.

Restat hoc loco tertio differenduꝫ qualiter dei iudicia possumus euitare. Inquit Hieronymus sup̄ Hieremiam

Admirabilis clemētia dei populos ad penitē/tiam inuitat: malens saluare cōuersos q̄ꝫ ꝑdere delinquētes. Iccirco si volucrimus nobis, pui dere cauereqꝫ a furore dñi: notabimus q̄tuor principalia ꝑcipuaqꝫ remedia.

Primū dicit̃ peccatorum emendatio.
Secūdū corporum afflictio.
Tertiū orationum frequētatio.
Quartū sanctoꝝ viroꝝ deuotio.

Q̄ꝺ cessandū ē a peccatis vt fugiam⁹ iudicia dei

p Rimū remediū est emēdatio peccatoruꝫ: vt peccatores emēdēt ꝛ corrigāt: deponātqꝫ veterē vitā. Nā si cessante cā cessat effectus: vt dicit̃ extra de renūciatiōe. c. post trāslatōem. ꝛ extra de appel. c. cū cessante. extra de iureiurādo. c. ꝛ si xp̄s. extra de pe. ꝛ re. c. cū īfirmitas. ꝛ. 6i. di. c. statuim⁹. §. his oibus. ꝛ. c. neophitus. ꝛ. i. q. i. c. qꝺ ꝓ remedio. ꝛ. i. q. 7. c. q de ꝓ necessitate. Si igit̃ de⁹ flagellat populos ꝓpter peccata: deficiētibus peccatis deficiet ꝛ plaga. Hoc est qꝺ aug. dixit. Nouit deus mutare sniam: si tu noueris emēdare delictuꝫ. Que ꝟba notant̃. 22. q. 4. c. vnusq̄sqꝫ. c. icōmutabilis. ꝛ de pe. di. i. c. nouit bene. Et Zach. 3i. dixit deus. Cōuertimini ad me ꝛ ego cōuertar ad vos: dicit dñs. An ad hoc oñdēdū inualidū est exemplū Ezechie. Absit. De illo vtiqꝫ. 4. Reguꝫ. 20. c. narrat̃: ꝙ cū egrotasset ad mortē: venit ad eū Esaias propheta. d. Dispone domui tue: q2 morieris ꝛ nō viues. Qui cōuertit faciē suā ad parieteꝫ: fleuitqꝫ fletu magno ꝛ orauit dñm: ꝛ anteq̄ꝫ egrederet̃ Esaias mediā ꝑtem atrij: factus est ꝟmo dñi ad euꝫ. d. Reuertere. ꝛ dic Ezechie. Audiui orationem tuā: ꝛ vidi lachrymas tuas: ecce adijciā vite tue annos. I5. Ex quo patet ꝙ deus reuocat multotiens sniam cōminatoriā cū peccatores ad illū humiliter cōuertuntur:

Q̄ꝺ ieiunia ꝛ discipline mitigant iram dei.

s Ecūdū remediuꝫ quo euadere possumus dei iudicia est corpoꝝ afflictio. Vt. s. corpora castigemus disciplinis atqꝫ ieiunijs: sicut viri niniuite fecerūt. De q̄bus Jone ꝑ totū clara narrat̃ historia. De his dicit Hiero. li. 2. cōtra Jouinianū. Niniue ciuitas magna irā dñi ieiunioꝝ miseratōe retorsit. Quā vtiqꝫ sodoma atqꝫ gomorra placassent si ieiunio patrocināte deū cōciliare voluissent. Cū. n. audissent niniuite Jonā clamātē adhuc 40. dies ꝛ niniue subuertet̃: nō deriserūt eū: nō spreuerūt vocē eius: ſꝫ credētes illi vestiti sunt saccis: ꝛ ieiunauerūt: ꝛ dñs misertus est illoꝝ.

Q̄ꝺ orationib⁹ ꝛ elemosynis placat̃ ira dei.

t Ertiū remediū ad irā dei declināðaꝫ dicit̃ orationū frequentatio. Vt fiant elemosyne ꝛ orationes assidue: dicat qꝫ vnusq̄sqꝫ. Ne reminiscaris dñe delicta nr̄a vel parētū nostroꝝ: neqꝫ vindictā sumas de peccatis nostris. Bona inq̄t Tobias. 12. c. est oratio cū ieiunijs ꝛ elemosyna. Inducant̃ pueri ꝛ puelle vt virginē gloriosam precent̃ salutētqꝫ reuerenter cū Aue Maria.

Q̄ꝺ intercessio bonoꝝ viroꝝ flectit deum.

q Vartū remediū est bonoꝝ viroruꝫ et sanctoꝝ deuotio. Dum enim se populi peccatores cognoscunt: inducāt bonos religiosos ꝛ spirituales viros: vt deprecentur ꝓ illis deū. Qui crebro vota illoꝝ exaudiēs populos sustinet: ꝛ tandē largit̃ grām: qua mediante ꝑuenire possunt ad gloriā. Amē.

Sermo tertius de iudicio dei contra angelos superbientes.

## d E iudiciis dei

distincte particulariterqꝫ de cetero locuturi ab illo sumem⁹ initium qꝺ primuꝫ a diuina iusticia factū omnes doctores sancti indubitanter affirmāt quādo. s. angeli mali propter peccatū a celo empyreo cōfusibiliter eiecti: per diffinitiuā sententiā penis eternis fuerunt deputati. Ad hoc autē bene intelligendū opus erit de angelica natura aliqua subinserre: q̄bus intellectis admirari timereque cogemur: ne demonū sectantes vestigia cū illis tandē damnemur eternaliter in infero. Si enim ipsi nō peccassent vna cū beatis alijs qui remansere habitarent in delitijs paradisi. Sed quia deo imortali ausi sunt fieri rebelles exulabunt in ꝑpetuū a patria illa omni leticia ꝛ vbertate referta. De ipsis igitur in hoc sermone tria mysteria ꝓponimus declaranda.

Primū dicitur cōditionis.
Secūdum offensionis.
Tertium punitionis.

De excellentia demonū ꝛ cōditione sublimi anteq̄ꝫ peccassent. Capitulum. .I.

d Iligenter in hoc mysterio primo perscrutari debem⁹ q̄ꝫ egregia sublimisqꝫ fuerit cōditio demonū anteq̄ꝫ diuine rebelles fuerunt maiestati. Hoc ꝟo ex q̄tuor colligere possumus.

Primo ex pte nature.
Secūdo ex parte gratie.
Tertio ex parte glorie.
Quarto ex pte excedentie.

Quod deus benedictus creauit omnes demones bonos natura.

p Rimo colligit̄ dignitas angelor̄ ante peccatū ex parte nature. Ubi queritur a doctorib⁹ vtrū demones fuerūt mali natura. Et aliqui nitunt̄ ꝓbare q̄ sic triplici medio. Primo q̄ aug. lib. x. de ciui. dei. dicit. Est quoddā genus demonū natura fallax: simulans deos ꝛ animas defunctor̄. Secūdo q̄ peccatū eor̄ ponitur fuisse in primo instanti sue creationis. Patet q̄ Joh. 8. dicit̄. Ille homicida erat ab initio. Et ioh. 1. cano. c. 3. Qui facit peccatū ex diabolo est: q̄ ab initio diabol⁹ peccat. Et aug. xi. sup Geñ. ad litteraz. Fact⁹ cōtinuo se a luce veritatis auertit supbia tumidus: ꝛ ꝓprie potestatis delectatione corruptus Et idē. xi. de ciui. dei. Mox vt factus est in supbiaz erupit. Tertio arguitur a simili. Quia si aliqui homines sunt naturaliter mali: de q̄bus dicit̄ Sap̄. 17. Erat eor̄ malicia naturalis: ergo ꝛ aliqui angeli possunt naturaliter esse mali Sed cōtra. Magister sententiar̄ in textu. di. 3. li. secundi dicit. Boni erāt omnes angeli qñ primo facti sunt: sed ea bonitate quā natura incipiens acceperat. Dicendū ergo q̄ deus fecit omnes angelos bonos: quia vt dicit̄ Geñ. 1. Uidit deus cuncta que fecerat ꝛ erāt valde bona. Et Hiero. ad Paulinū ait. Bon⁹ ē de⁹ ꝛ omnia quecūq̄ facit bona sint necesse est.

Ad primū itaq̄ dicenduz: q̄ verba illa non sunt augu. sed Porphyrij: quē ipse reprehendit: plene cōtestans q̄ demones nō sunt natura mali: sed ꝓpria voluntate. Ad secundum dicit Boñ. in. 2. di. 3. q̄ fuit quorundā opinio: q̄ simul tempore fuit diabolus ꝛ peccauit: nec vnq̄ fuit nisi malus. Que opinio excōicata ē ab episcopo parisiensi. Ideo theologi in h̄ omnes cōueniūt: q̄ inter creationē ꝛ lapsuz fuit aliqua morula: licet adeo paruula q̄ pro nihilo reputatur: q̄ vt dicit̄. 2. phisicor̄. Quod modicū deest quasi nihil deesse videt̄. Ideo auctoritates intelligende sunt recte pro illa morula non pro simultate nature ꝛ peccati. Lādulfus autez in. 2. di. 4. ponit quattuor moras. Prima est in qua omnes angeli fuerūt creati i pfectis naturalibus ꝛ iusticia originali. Secūda i qua boni cōuerterūt se ad deū: ꝛ mali ad ꝓpria naturalia se ardētissime diligēdo. Ideo in ista mora boni gratiā receperūt: mali perdiderūt non ponendo obicē. Tertia mora in qua mali operati sunt varia peccata ꝛ temptauerūt bonos et fuit illud preliū ꝛ boni fecerūt multa bona: ꝛ viriliter restiterūt. Quarta mora i qua boni p̄miati sunt: mali puniti. Iste vero more distinguūtur vel per coexistentiā ad aliquas partes temporis licet valde paruas: vel ex distinctiōe istoruz statuuz ꝛ operationuz seu variationuz. Ad tertiū obiectū dicit sanctus Tho. i. pte. q. 63. q̄ malicia aliquor̄ hominuz potest dici naturalis vel propter cōsuetudinem que est altera natura vt dic̄ Ari. li. de memoria ꝛ reminiscētia. ꝛ. 7. ethicor̄. ꝛ. i. rhetoricor̄. Uel dicit̄ naturalis ꝓpter naturalez inclinationē ex parte nature sensitiue ad aliquā inordinatā passionē: sicut q̄daz naturaliter dicuntur iracūdi vel cōcupiscentes: nō autē ex parte nature intellectualis. Angelis itaque hoc cōpetere non potest: quia vt dicit Dionysius. Angeli sunt spirituales mētes in quibus nō est natura sensitiua.

De opinionibus varijs doctor̄ an Angeli fuerūt creati cū gratia.

s Ecūdo apparet dignitas angelor̄ ante peccatū ex parte gratie. Fuerūt eteniz a deo sic producti q̄ gratie capaces erāt. Hic vo inter doctores nō parua est ꝯtrouersia. Utrū. s. ante lapsum habuerūt demones grām gratū faciētē. Quidā dicere voluere q̄ angeli nulla grā indiguerūt vt cōuerterent̄ i deū: qñ supest gratia ad aliquē effectū vbi sufficit natura. Angelus vo naturaliter cōuertit̄ i deū: q̄ naturaliter deū diligit: ergo grā non est illi necessaria. Sed cōtra hāc opinionē est ois doctrina theologor̄. Ideo dicit Tho. i. pte. q. 62. q̄ angeli indiguerūt grā ad hoc vt cōuerterentur in deum: ꝓut est obiectū beatitudinis. Nā angelus naturaliter diligit deū inq̄tuz est principiū naturalis esse nō autē inq̄tuz ē beatificans per sue essentie visionez. Uidere q̄ppe deū p essentiā est supra naturaz intellectus creati. Unde nulla creatura potest habere motū voluntatis ordinatuz ad illā beatitudinez nisi mota a supernaturali agēte. Et hoc dicimus auxiliuz gratie. Quare angeli indiguerūt grā gratuz faciēte: vt cōuerterent se ad deū sub ratione formalis obiecti beatitudinis: q̄ voluntas creata siue angelica siue humana inferior ē ipso obiecto beatifico. Fuerunt alij dicentes q̄ exquo gratia erat eis necessaria vt cōuerterent̄ in deū

habuerũt gratiaꝫ gratũ faciẽtẽ. Nã Aug. 12.
de ciui. dei. dicit. Creauit deus angelos: simul
in eis condens naturam ⁊ largiẽs gratiaꝫ. Et
Hiero. sup Oseam. Demones cuꝫ magnitu-
dine ⁊ pinguedine spiritus sancti sunt creati.
Alioꝝ vero opinio est: ꝙ angeli nõ fuerũt crea-
ti cũ gratia gratũ faciente. Hãc opinionẽ tenet
dñs Boñ. ⁊ Scotus ⁊ Franciscus de maro-
ne: ⁊ cõmuniter oẽs moderni in. 2. di. 4. asse-
rentes ꝙ boni angeli post creationẽ ante cõfir-
mationẽ acceperũt gratiã: demones vo nunꝗ̃
illã habuerũt. Et hoc ꝓpter dispositionẽ natu-
re angelice: q̃ fert̃ in id qđ appetit sine retarda-
tione. Unde sicut ex cõuersione ad malũ ita ꝓ-
funde cõuersi sunt vt nõ possent redire: sic imo
multo magis ex cõuersione ad bonũ siue ex ha-
bilitate ita bono totaliter adhesissent: si gratiam
gratum facientẽ habuissent ꝙ nunꝗ̃ lapsi eẽnt
Unde nõ videt̃ probabile ꝙ lucifer habuerit il-
laꝫ gratiã: ⁊ sic nec alij. Huic opinioni adheret
magister in textu vbi inducit augustinũ q ait. qꝛ
angelus ⁊ homo licet acceperit vnde stare pos-
set: nõ tamẽ gratiã vnde ꝑficere posset. Et au-
gu. li. 2. sup Geñ. ad litteraꝫ dicit. Intellectua-
lis natura primo creata est informis: postea ve-
ro formata. Ugo insuper li. 2. de sacramentis.
parte. 5. c. 8. asserit quattuor fuisse angelis i sua
creatione attributa.

Primũ fuit discretio personalis.
Secũdum indulgentie claritas.
Tertiũ substantia simplex.
Quartũ liberi arbitrij facultas.

Et nõ enumerat gratiã. Qui vero hanc opi-
nionẽ sequuntur respondent ad auctoritates in-
